BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
162
B
62
NAPOLI

Digitized by Google

PRIMA DIŒCESANA SYNODUS LARINENSIS,

QUAM

JOHANNES ANDREAS TRIA

Epiſcopus Larinenſis.

HABUIT

IN SANCTA ECCLESIA LARINENSI

Anno à Chriſto Nato

MDCCXXVIII.

Die XI. XII. *&* XIII. *Menſis Aprilis.*

BENEDICTO XIII.

PONTIFICE MAXIMO.



BIBLIOTECA NAZIONALE V. EMANUELE III

ROMÆ Ex Typographia Rev. Cam. Apoſtolicæ 1728.

Cond. Ill.mi et Rev.mi Epi

Quamplures in præſenti Synodali Codice Typographorum incuria habẽtur Mendæ; principaliores tamen corriguntur in fine ejuſdem Synodalis Codicis, ad quem, te remitto ſi ſis [illegible] cuſpide *Lector*.

SANCTISSIMO DOMINO
BENEDICTO XIII.
Pontifici, Optimo, Maximo.

EN Secundo, Beatiſſime Pater, venio ad Pedes Sanctitatis Tuæ, & hunc alium Conſtitutionum Synodalium Codicem, quem prò Eccleſia Larinen. imbecillitati meæ concredita nupèr celebravi, Tibi obſequentèr offero; Tibique, Pater Sanctiſſime, à quo omnia jura in tota, & per totam Univerſalem Cattholicam Eccleſiam, tamquam, à proprio vivo Fonte ſcaturiunt, & dimanant, harum Conſtitutionum Synodalium, prò hac jàm dicta Eccleſia Larinen. editarum faſciculum Typis traditum, jure reddo; ut undè egreſſum habuerunt, illuc, & revertantur, quò à legum, & Eccleſiaſticarum Sanctionum univerſali Principe robur, ut aliàs, favore, Eccleſiarum Carianen., & Gerontinen. ſibi invicèm perpetùò unitarum, quibus antequàm ad hanc Cathedralem Larinen. Sanctitas Tua mè benignitèr transferre voluit, præfui, felicitèr ſum expertus, fortius quoquè, & validius aſſequantur: & certè inexplicabile prorsùs redditur, quantum tùnc temporis eiſdem ſuprà relatis unitis Eccleſiis, alium conſimilem Conſtitutionum Synodalium prò eiſdem editum, & Typis traditum Codicem, ſupremæ auctoritati Sanctitatis Tuæ ſubjeciſſe, contulerit; non enìm alias à malignantium cordium diſſolutionibus, illum vindicaſſem, niſi Supremo Beatitudinis Tuæ, Tuiquè fortiſſimi brachii frætus ſubſidio, quo adjuto omnium perſequentium ſcopulos, quocumquè alio abſorpto labore, ſuperavi, dubioſquè procellarum omnium inſultus felicitèr transfrætavi, & ipſarum Eccleſiarum Navim ad tranquillum ſecuritatis Portum tuto perduxi, adeò quod hac in rè, non aliud mihi ſupereſt, quam Sanctitati Tuæ humillimas præces fundere, ut prò Tua, ergà me, clementia, velit mihi lubens ignoſcere, ſi ad hæc uſquè tempora, & jam primò meæ ab Eccleſiis Gerontinen., & Cariaten. ad hanc Eccleſiam Larinen. translationis anno effluxo, hanc primam Synodum Diœceſanam cogere, protraxerim:

 reſcie-

reſciebam ſiquidem hanc eſſe Epiſcoporum unam ex præcipuis partibus, Diœceſanam, nempè Synodum ſaltem quotannis celebrare, quodquè munus ſtatim hàc ad hanc regendam Eccleſiam à SanctitateTua, Spiritus Sancti illuſtratione dumtaxàt ducta miſſus fui, adimplere debuiſſem, & eam Typis prò ejuſdem Eccleſiæ, Eccleſiaſticorum omnium, & omnium animarum, mihi commiſſarum, utilitate, tradere, præſertim, ut Beatitudinis Tuæ mandatis, quorum, ut par erat memini, obſequerer; tùm etiam, ut hanc totam Diœceſim nè Vineam Domini Sabbahot humani generis hoſtis ſuis demoliretur dentibus, legum ſepe circumdarem; tùm paritèr quia, ut primò ad hanc appuli Eccleſiam, pluribus ab hinc annis retro elapſis, nullam fuiſſe Synodum convocatam, ad malorum morum extirpationem, & bonorum plantationem, ad Doctrinam, diſciplinæquè ſalutis fructus colligendos, ad lites, jurgia, & controverſias componendas, adeò conducibilem, imò, & apprimè neceſſariam, animadverti; tùm demùm, quia ex antiquitùs celebratis prorsùs nulla alia præ manibus habeatùr, Synodus, eaque, nec adhuc impreſſa, niſi illa, quàm Immunitatis Eccleſiaſticæ fortiſſimus, & acerrimus propugnator, deceſſor meus Joſeph Catalanus, Sanctitatis Tuæ Creatura, habuit anno Salutis 1690.; Nihilominus totam Diœceſim, Sancta Viſitatione, perluſtrare, ſubditorum mores, cognoſcere, Eccleſiarum ſtatus, perpendere, abuſus detegere, prius mihi neceſſarium duxi; & tandèm, ut potui ſecundo meæ translationis anno recurrente, illam ſtatim coegi, & benedicente Domino felicitèr omnibus Eccleſiaſticis accerſitis, trium dierum curriculo ſolemnitèr abſolvi, quam modo Sanctitati Tuæ, jàm, ut præfertur in lucem editam, iterum, atquè tertio humilitèr offero, & dico: Excipe, igitur, Pater Sanctiſſime, hoc opus qualecumquè ſit, in argumentum obſequentis animi mei erga Sanctitatem Tuam, ex cujus ſumma munificentia tot beneficia, mè recepiſse, tot que gratiis hanc Eccleſiam, ejuſque univerſam Diœceſim ad humillimas meas præces cumulaſſe profiteor, & ſi illud corrigere, aùt emendare voluerit, corrigatur, aùt emendetur, ut ſupplicitèr, & venerabundus peto, aùt ſi dignabitur, ſua Apoſtolica auctoritate fulciatur, dum flexis genibus, & ad pedes Beatitudinis Tuæ provolutus Apoſtolicam benedictionem imploro.

Sanctitatis Tuæ

Humillimus addictiſſimus, & obſequentiſſimus Servus, & Filius.

Jo: Andreas Epiſcopus Larinenſis.

EDICTUM
CONVOCATIONIS DIÆCESANÆ SYNODI LARINEN.



In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis; Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

JOHANNES ANDREAS TRIA;
EQUES ORDINIS SANCTI JACOBI,

Dei, & Sedis Apoſtolicæ Gratia Epiſcopus Larinenſis, & Oppidi Auroræ Baro; Necnon SSmi Dñi Noſtri PP. Prælatus Domeſticus, ejuſque Pontificio Solio Epiſcopus Aſſiſtens &c.

SUmmi æterniquè Dei unigenitus Filius Jeſus Chriſtus Dominus Noſter in Sancta Eccleſia Primus ſecundùm ordinem Melchiſedech Sacerdos, & Paſtor, ſicuti in Sancto Evangelio enixè commendatum reliquit, ut quilibet ab ipſo delectus particularium Eccleſiarum Paſtor, & Epiſcopus, oves ſibi concreditas paſcat, & nutriat, ità commiſſi Nobis Gregis Saluti prò virium Noſtrarum imbecillitate conſulen-

Digitized by Google

do, ut paſcere, atquè ...um cuſtodire, reggere; ac gubernare debeamus, ſollicita vigilantia, quoad potuimus, ac poſſumus, ſummoque conatu paſcere, ac nutrire ſatagimus. Neminem quippè latet, quantum, annuente Domino, operati ſumus à primo die, jamque ferè recurrit ſecundus annus, quo à Cariaten., & Gerontinen. ad hanc tranſlati fuimus regendam Sanctam Larinenſem Eccleſiam; quæque peracta ſint in prima Sancta totius Diœceſis viſitatione, non curſim, nequè tranſeuntèr, ſed maturè, accurateque abſoluta. Verum enim verò quamvis utilia hujuſmodi videantur, & non ſinè ingenti animarum Eccleſiarum, locorumque Piorum fuerint inſtituta profectu: nihilominus niſi aliud, adhibeatur, præſidium, aliudquè medium, nec parati in Sancta Viſitatione fructus ſervantur, nec funditus mores emendantur, nec radicitus lites, & controverſiæ eradicantur, abuſus, & corruptelæ, non dimidiantur, virtutes, non germinant, Religionis actus, non emicant; itèm nèc deſtructis adverſitatibus, & erroribus univerſis, poterit Noſtra hæc Diœceſis ſecura Deo libertate ſervire, ac tranquilla devotione lætari. Ad hoc, igitur tàm ſpeciale præſidium, quod compertum habemus, Synodi eſſe celebrationem, multis abhinc retro annis intermiſſam, nedùm ab antiquis, verum etiàm à modernioribus, & Sanctionibus Conciliis, & præcipuè à Sancta Tridentina Synodo, atquè à numquam ferè interrupta Catholicæ Eccleſiæ praxi, tùm laudatam, tùm præceptam, recurrere neceſſum ducimus, ut ſi quæ ſunt in hac Noſtra Diœceſi ſpinæ, vèl tribuli, evellentur, & amplius in amaritudinem, non convertantur vitis, ſed ſuas, & perennes faciat vuas: Si quæ verò virtutes, boniquè odorem reddere reperiuntur, hoc ipſo Synodi præſidio, cuſtodiantur, atquè omni, qua par eſt diligentia promoveantur.

Primam, itaquè, Cleri Noſtri, Diœceſanam Synodum ad Omnipotentis Dei, Gloriam, & ſub Deiparæ ſemper Virginis Mariæ; S. Pardi, ac aliorum Sanctorum Patronorum hujus Civitatis, & Diœceſis Patrocinio, ad Eccleſiaſticæ diſciplinæ reformationem, morum correptionem, Divini cultus augumentum, & ad Gregis Nobis in Domino concrediti ſalutem, Epiſcopali, & quà in his fungimur auctoritate, ſivè ordinaria, ſivè delegata, celebrandam, indicimus, illamquè ad Dominicam ſecundam poſt Paſca Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti quæ erit die undecima Menſis Aprilis hujus incepti anni 1728. ad hanc Noſtram Sanctam Cathedralem Eccleſiam Larinenſem convocamus, & præſentium tenore indictam, & convocatam eſſe volumus. Quò circà monemus omnes, & ſingulos Clericos, tùm in Minoribus, tùm in Majoribus ordinibus Conſtitutos, Abbates, Commendatarios, alioſquè de quocumquè Beneficio cum cura, & ſinè cura animarum proviſos, Preſbyteros, Regulares quoquè Noſtræ Juriſdictioni, etiam tamquàm Sedis Apoſtolicæ Delegato, Subjectos, Archipreſbyteros, & cæteros omnes, qui de jure, vèl de Conſuetudine intereſſe tenentur; Capitulum verò

Noſtræ Cathedralis peramantèr invitamus, aliosquè, tùm Sæculares vocamus; iisquè omnibus repectivè in virtute Sanctæ obbedientiæ, præcipimus, & mandamus, ut prò dicto die Dominico, & aliis duobus ſubſequentibus diebus de mane in hac eadem Noſtra Cathedrali, per ſe ipſos, non per aliam perſonam, niſi juſta, & legitima exiſtente Cauſa, quam Nobis probaverint, conveniant, & Nobis aperiendo Eccleſiarum, & Perſonarum neceſſitates, Diœceſis abuſus, & corruptelas, tàm pium, ſanctumquè opus Nobiſcum aggrediantur, proſequantur, & perficiant, ut habitantes Fratres in unum, in quorum medio erit Deus, commoda, & utilitates Spirituales, ſpiritualis conventus invicem experiamur.

Si quis autem ex Convocatis, eorumque ſingulis, qui de jure, vèl de conſuetudine, ut ſupra ediximus, intereſſe, & convenire debent Noſtris mandatis, quibus jurè Divino obſequi tentur, temerè non parere, & præſenti Indictionis Edicto, non obtemperare, & ſivè per ſe ipſos, vel aliquo legitimo, ac Canonico exiſtente impedimento, juxtàque exposcente Cauſà per ſpeciales Nuncios, aut Procuratores huic Sanctæ Synodi celebrandæ prædictis diebus, cum habitu propriæ Dignitati, ſtatui, & gradui congruo non accedere, aùt accedentes ab eadem Synodo, non dum dimiſſa & abſoluta, diſcedere præſumpſerit, ultrà pœnam Interdicti, quoad Capitula, & Communitates, ſuſpenſionis, verò à Divinis quam in his ferimus, quoad ſingulas Perſonas ſupradictas in Sacris, & excommunicationis, quo ad aliàs Perſonas in Minoribus, conſtitutas, ipſofacto incurrendam, aliis quoque pœnis à Sacris Canonibus comminatis. & inflictis, ſeverè puniantur.

Verum quia ſinè ſpeciali adjutorio Dei minimè poſſumus conſequi, quod proponimus, cum omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum ſit, deſcendens à Patre luminum: idcircò nè Nobiſmet ipſis fidentes voluamur in præceps; Volumus proptereà, & mandamus univerſis Archipresbyteris totius Noſtræ Diœceſis, omnibusquè Eccleſiaſticis Perſonis, & Regularibus, non exemptis, quatenus in Miſſa tùm ſolemni, tùm privata, uſquè ad præſcriptum diem celebrationis, & abſolutionis Synodi faciant de Spiritu Sancto *collectam*; & poſt MiſſamCantatam quolibet die Dominico, ac feſto de præcepto *Litanias Majores* canant, cum *ſuis, pracibus, & orationibus*: necnon, ut die Jovis immediatè præcedentè Synodi celebrationem, *Miſſa de Spiritu Sancto* ſolemnitèr celebretur; quod obſervari quoquè in hac Noſtra Cathedrali volumus; monentes omnes, & ſingulos utriuſquè ſexus Chriſtifideles, quorum regimini præpoſiti ſumus, licèt immerentes, ut ſuis pariter precibus, & orationibus felicem à Deo exitum Synodo expoſtulent: Quibus item Parochi ſignificent, quod accedentes Larinum eodem celebrationis tempore peccata ſua confitentes, Sacra Synnaxi ſe reficientès, Cathedralem hanc Noſtram viſitantes, ac orantes *prò Pace, & Concordia Principum Chriſtianorum, hæreſum extirpatione, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ exaltatione,*

ne, Plenariam Indulgentiam à Sanctiſſimo Domino Noſtro *Benedicto PP. XIII.*, omniumque peccatorum ſuorum misericorditèr conſequentur remiſſionem, vigore Brevis ſub Anulo Piſcatoris ſub datum Romæ *die 11. Januarij 1727.*

Volumus autèm, ut hæ Synodi Indictio in hac Noſtra Cathedrali, & in omnibus aliis totius Diœceſis Parochialibus, ſeù Archipresbyteralibus Eccleſiis intèr Miſſarum ſolemnia publicata, earumque valvis affixa ſupradictos omnes afficiat, ac ſi Perſonaliter omnibus, & ſingulis fuiſſet intimata. Datum Larini ex Noſtro Epiſcopio hac die prima menſis Januarii 1728.

Joannes Andreas Epiſcopus Larinen.

Adeodatus Vietri Cancellarius.

Locus ✠ *Sigilli*

Omittuntur, quæ ſubſequuntur acta Synodalia, ne Codex iſte in magnam creſcat Molem, & cæteroquin ea ſervantur in Archivo Epiſcopali, & ibi ſolita Decreta Prælimiharia Synodi, ubi etiam Decretum de Synodi dimiſſione, & hic ſit.

ELENCHUS.

Miniſtrorum Synodi Larinenſis.

PROMOTORES.

U. J. P. D. Pardus Maria Brencola, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Larinen.

U. J. D. D. Dominicus Gargiulo, Archipresbyter Caſæcalendæ.

SECRETARIJ.

U. J. D. D. Joannes Andreas Abbas Tria Canonicus Pœnitentiarius hujus Cathedralis Eccleſiæ, Prothonotarius Apoſtolicus, Auditor Noſter Generalis.

D. Ludovicus Facciolla Archipresbyter del Rotello.

MAGISTRI CÆRIMONIARUM.

D. Joannes Franciſcus Antonius Maria Brencola, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ.

COADJUEORES.

D. Honufrius Vairani: D. Dominicus Brencola: Diaconus Pardus Trengia: Diaconus Raymundus de Raymundo.

NOTA-

NOTARIJ.

D. Adeodatus Vietri, Cancellarius Epiſcopalis, publicus Apoſtolica auctoritate, Notarius.

D. Fulvius de Roſa Presbyter de Collectorto, publicus, Apoſtolica auctoritate, Notarius.

PROCURATORES CLERI.

D. Dominicus Romano Archidiaconus } *Cathedralis Eccleſiæ.*
D. Philippus Jacobus de Amicis Canonicus }

D. Joſeph Baccari Archipresbyter Oppidi del Bonefro.

CONFESSARIJ.

Omnes Parochi, Archipresbyteri, aliique Sacerdotes, tùm Sæculares, tùm Regulares à Nobis prò excipiendis Sacramentalibus Confeſſionibus legitimè approbati, cum facultate etiàm abſolvendi à Caſibus Nobis reſervatis, etiam ab iis, *quibus eſt annexa Cenſura*, durante dumtaxat Synodi tempore, *& eo terminato, cenſeatur etiàm terminata facultas excipiendi Sacramentales Confeſſiones, quo ad Confeſſarios, non habentes curam animarum* tantùm.

THEOLOGI.

U. J. D., & Sac. Theol. Prof. D. Carolus Abbas Galli, Vicarius Generalis Noſter, & Prothonotarius Apoſtolicus.

U. J. D., & Sac. Theol. Prof. D. Oratius de Stefanis, Canonicus Theologus Cathedralis Eccleſiæ.

P. Nicolaus Vitulli Magiſter in Sac. Theol., Ex:Provincialis Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci, & Guardianus Venerabilis Conventus ejuſdem Ordinis hujus Civitatis.

P. Bonaventura à Turremajori Lector jubilatus Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia, Guardianus Venerabilis Conventus ejuſdem Ordininis Oppidi de S. Martino.

CANONISTÆ.

U, J. D., & Sac. Theol. Prof. D. Carolus Abbas Galli, Protonotarius Apoſtolicus, Vicarius Noſter Generalis.

U. J. P. D. Pardus Antonius de Amicis, Archipresbyter Cathedralis Eccleſiæ.

U. J. P. D. Pardus Maria Brencola, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ.

U. J. D. D. Oratius de Stefanis, Canonicus Theologus Cathedralis Eccleſiæ.

U. J. D. D. Joannes Andreas Tria, Protonotaris Apoſtolicus, Canonicus Penitentiarius ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ, Auditor Noſter Generalis.

U.J.D.

U. J. D. D. Joannes Baptiſta Franceſchini, Parochus ſub titulo S. Pardi hujus Civitatis.
U. J. D. D. Dominicus Gargiulo Archipresbyter Caſæcalendæ.
U. J. D. D. Dominicus Antonius Mucci, Presbyter Oppidi de S. Martino.
U. J. D. D. Salvator Simonetti, Persbyter, & Vicaaius Foraneus Oppidi Serræcapriolæ.

ADVOCATI SECULARES.

U. J. D. D. Carolus Spinoſa) *Larinen.*
U. J. D. Theodorus Maria Brencola)

PRÆFECTI DISCIPLINÆ CLERI.

D. Pardus Antonius de Amicis, Archipresbyter Larinen.
D. Joſeph Montanaro, Canonicus Senior Larinen.
D. Marcellus Corcilli) *Archipresbyteri Serræcapriolæ.*
D Antonius Ferulano.)

PRÆFECTI DOCTRINÆ CHRISTIANÆ,

Et Officiales Congregetionis ejuſdem.

D. Pardus Antonius de Amicis, Archipresbyter Larinenſis.) *Prefecti Generales Civitatis, & Diœceſis.*
D. Joſeph Montanaro, Canonicus Senior Larinenſis.)

COADJUTORES.

D. Laurentius Marulli.) *Canonici Cathedralis Eccleſiæ.*
D Philippus Jacobus de Amicis)
D. Joſeph Caprice, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ, & *Secretarius* ejuſdem Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ, in Civitate, & Diœceſi- Quiſque Archipresbyter, & Parochus, & Æconomus in ſua propria Parochia.

PRO' REBUS NOSTRÆ SANCTÆ FIDEI.

Rmus Dominus D. Joannes Ventapane Miſſionarius, & Protonarius Apoſtolicus Sac. Theol. Doctor, & Magiſter, Theologus Noſter, & Canoniſta, ac ejuſdem Sanctæ Synodi, Aſſeſſor, & Qualificator.

PRÆ-

PRÆFECTI HOSPITIORUM.

D. Dominicus Romano, Archidiaconus) *Cathedralis Eccleſiæ*
D. Philippus Jacobus de Amicis Canonicus) *Larinen.*

OSTIARIJ.

D. Joſeph Toſti: D. Joachim Coriolano: Diaconus Theodorus Palma: Diaconus Joſeph de Julio.

FORMA.

Profeſſionis Fidei.

Dita a Pio IV. anno 1564. idibus Novembris.

EGo N. N. firma fide Credo, & profiteor omnia, & ſingula quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Eccleſia utitur, videlicet. Credo in unum Deum Patrem omnipotentem factorem Cęli, & terræ viſibilium omnium: & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei Unigenitum. Et ex Patre natum antè omnia Secula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter Nos homines, & propter Noſtram Salutem, deſcendit de Cęlis. Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus, etiàm prò Nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die, ſecundùm ſcripturas. Et aſcendit in Cęlum ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & Mortuos, cujus Regni, non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre filioquè procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem Mortuorum. Et vitam venturi Sæculi Amen.

Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones; reliquaſve ejuſdem Eccleſiæ obſervationes, & Conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector, item Sacram Scripturam, juxtà eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretationem Sacrarum Scripturam admitto; Nec eam unquàm niſi juxtà unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoquè ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta novæ legis à Jeſu Chriſto Domino Noſtro inſtituta, atquè ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre; Ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem

dinem, ſinè Sacrilegio reiterari, non poſſe. Receptos quoquè, & probatos Eccleſiæ Cattholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de Juſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio. Profiteor paritèr in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium, prò vivis, & Defunctis. Atquè in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realitèr, & ſubſtantialitèr Corpus, & Sanguinèm, una cum anima, & Divinitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, fieriquè Converſionem totius Subſtantiæ Panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ Vini in Sanguinem, quam Converſionem Cattolica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiàm ſub altera tantùm ſpecie totum, atquè integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtantèr teneo Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari, ſimilitèr, & Sanctos, una cum Chriſto regnantes venerandos, atquè invocandos eſſe, eoſquè orationes Deo prò Nobis offerre, atquè eorum Reliquias eſſe venerandas, firmiſſimè aſſero Imaginem Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas & retinendas eſſe, atquè eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiàm poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano Populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Cattholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omniumque Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco; Romanoque Pontifici B. Petri Apoſtolorum Principis, Succeſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario, veràm obbedientiam ſpondeo; ac juro. Cætera item omnia à Sacris Canonibus, & Æcumenicis Concilijs, ac præcipuè Sacroſancta Tridentina tradita, definita, & declarata indubitantèr recipio, atquè profiteor; Simulque contraria omnia, atquè hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, rejectas, & anathematizatas, Ego paritèr damno, reicio, & anathematizo. Hanc veram Cattholicam fidem, extrà quàm nemo ſaluus eſſe poteſt, quàm in præſenti ſpontè profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inviolatam uſquè ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè, Deo adjuvante, retinere, & confiteri, atquè à meis ſubditis, vèl illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit curaturum. *Sic mè Deus adjuvet, & hac Sancta Dei Evangelia.*

CONSTI-

CONSTITUTIONES, ET DECRETA

EMANATA

IN PRIMA DIOECESANA SYNODO

HABITA

IN SANCTA CATHEDRALI ECCLESIA LARINEN.

Anno Domini MDCCXXVIII.

Diebus 11. 12. & 13. Menſis Aprilis.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen.

JOANNES ANDREAS TRIA;

Eques Ordinis Sancti Jacobi, Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Gratia Epiſcopus Larinen.

Necnon Sanctiſſimi Domini Noſtri PP. Prælatus Domeſticus, ejuſque Pontificio Solio, Epiſcopus Aſſiſtens, & Oppidi de Ururi Baro.

AD omnipotentis Dei, ejuſque Matris ſemper Virginis Mariæ, Sancti Pardi Epiſcopi, Patroni Principalis hujus Civitatis, & Diœceſis, aliorumque omnium Sanctorum Titularium, & Patronorum ejuſdem Urbis & Diœceſis, honorem, laudem, & gloriam ſempiternam, prò noſtra, qua fungimur ergà noſtrum dilectiſſimum Gregem, auctoritate ordinaria, hæc quæ ſequuntur in hac Noſtra prima Diœceſana S. Synodo legitimè congregata, matura deliberatione, & conſilio præmiſſis, perpetuò ſervanda *decernimus, ſtatuimus, & publicamus*: Deum, & Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum humilitèr deprecamur, ut quæ ad Divini cultus augumentum, Eccleſiarum nitorem, & venerationem, ad laudabilis Cleri noſtri diſciplinam, animarum ſalutem, & morum reformationem determinanda cognovimus, ab omnibus, & ſingulis noſtræ auctoritati ſubjectis, quos Paterna cura complectimur, ut ſervanda præcipimus, inviolabili-

tèr ipſius gratia adjuvante, & meritis Sanctorum Noſtrorum Titularium & Patronorum intercedentibus, ſerventur.

PARS PRIMA.

CAP. I.

Dè Fide, & Fidei Profeſſione.

CErtè verùm, ut ait Chryſoſtomus: *Fides lumen eſt animæ, oſtium vitæ, & fundamentum ſalutis æternæ*: Hinc eſt quod prima, & maxima Paſtorum cura in iis, quæ ad fidem, quam Sacroſancta Romana Eccleſia coluit, & colit, ac docet, & docuit, integrè, & religioſè conſervandam pertinent, ut verſetur, oportet: Ipſi enim prò ejus cuſtodia Vigiles conſtituti ſunt: Ab ea propterea in præſenti hac noſtra Diœceſana Sancta Synodo initium dandum eſſe cenſuimus: Quodquè accedentes ad Deum per fidem, ut ſibi complaceant, neceſſum habent ſcire, & credere, quæ ipſa veritas infallibilis Eccleſiæ Sanctæ ſuæ revelavit, & quod ipſa crediderit, ſibi quoquè credendi normam fuiſſe præſcriptam, in ejus Sacroſancto, & certo non errantis judicio (*a*) conquieſcendo, indubitanter teneant.

II. Et hac de re diligentèr animadvertant Parochi, an in ſuis adſit Parochiis, qui, quoad fidem attinet, pravis opinionibus imbutus, vel eo nomine ſit ſuſpectus, eumque ad Nos, vel ad Noſtrum Generalem Vicarium deferant, ac intèr Miſſarum ſolemnia, proùt oportebit, Populum moneant de obligatione, quàm habent hujuſmodi perſonas denunciandi, aut qui libros, vel ſcripta, quæ quovis modo auctoritate Sedis Apoſtolicæ prohibita ſunt, apud ſe retinent, vel alia committunt, quæ contrà puritatem fidei fuerint. & alia hujuſmodi, & ſimilia committi noverint: Et ut promptiùs id aſſequatur, volumus, & mandamus, ut iidem Parochi ſub pænis noſtro arbitrio reſervatis publicari curent quolibet anno frequenti Populo intèr Miſſarum ſolemnia edictum, per Nos hac de rè relaxatum *Dominica prima Adventus, & Dominica prima Sacratiſſimæ Quadrageſimæ*, & dabitur in Appendice ad hanc noſtram Synodum.

III. At quia, non ſolum Corde creditur ad juſtitiam, ſed ore etiàm confeſſio fit ad ſalutem (*b*): Hinc eſt, quod Nos Sacr. Conc. Trid. (*c*) diſpoſitioni inhærentes eandem fidei profeſſionem, quam ſub certa formula à fel. record. Pio Papa IV. præſcriptam habemus (*d*); Nos ipſimet, & univerſa hæc noſtra Sancta Synodus paulò antè, & in ejus principio publicè præſtitimus, eam quoque ſub pænis contrà contumaces in eadem

(a) *S. [illegible] in cap. 1. epiſt. ad Galat.* (b) *Apoſtol. ad Rom. 10.* (c) *Seſſ. 24. de ref. c. 12.* (d) *In conſt. quæ incipit, Injunct. [illegible] 1564.*

eadem Bulla Pii Papæ IV. contentis, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis ab infraſcriptis ſuis loco,& tempore emitti decernimus, & ſunt qui ſequuntur v3.

I. *Omnes de Clero recens Eccleſiaſticis de Beneficiis proviſi, aut Sacris ordinibus initiati in prima Diœceſana Synodo celebranda.*

II. *Dignitates, & Canonicatus obtinentes poſt adeptam poſſeſſionem, tùm in manibus Noſtris, aùt Noſtri Vicarii Generalis, tùm in Capitulo infrà bimeſtre.*

III. *Beneficia cum Cura animarum habentes poſt ipſorum poſſeſſionem infrà dictum tempus in manibus tantummodò Noſtris, vel Noſtri Generalis Vicarii.*

IV. *Quicumque alia Beneficia obtinentes.*

V. *Novus Vicarius Generalis, Vicarii Foranei, Procuratores, & Promotores Noſtri Epiſcopalis Fiſci, Cancellarius, & ſimiles Officiales Noſtræ Curiæ.*

VI. *Novi Concionatores, novi Confeſſarii, etiam Regulares.*

VII. *Exercentes publicè, vel privatim munus docendi Gramaticam, & hujus generis alii, qui ad id de jure, aut de conſuetudine tenentur, niſi aliàs hoc ipſi ſe præſtitiſſe compertum fuerit.*

IV. Et ut perpetuò de emiſſa ſemel fidei profeſſione conſtet, volumus, prout mandamus Cancellario Noſtro, hujuſmodi profeſſionum indiculum confici, qui teneatur inſupèr dè emiſſa profeſſione in ſolitis literis Patentalibus teſtimonium facere.

V. Licentiam docendi ludi Magiſtris Curiæ Noſtræ concedi prohibemus, niſi poſtquàm digno teſtimonio probati fuerint, quo ad vitam, mores, & ſcientiam coràm Noſtro Vicario Generali, quodque prius Sacramento obſtricti fuerint, eos nonniſi, quæ docent, ſanam doctrinam, docturos, nec retenturos, explicaturos, aùt aliis legendis traditoros libros prohibitos, aùt quomodocumque puritati fidei Catholicæ ſuſpectos, vel bonis moribus adverſantes ſub pænis de quibus *hac ead. part. cap. 6. num. 2.*

VI. Archipresbyteri autem, & Parochi, aliique animarum Curatores ſedulò incumbant ſuper vita, & moribus prædictorum, qui in eorum Paræciis ſcholas habent, & qua modeſtia, honeſtate, & Dei timore ſenſus, Adoleſcentibus, quos erudiunt, inſtillent: Certè enim adoleſcentes, totius vitæ curſu, magiſtrorum rationes ſequuntur.

CAP. II.

De Doctrina Chriſtiana.

I. Scientia ſalutis eſt adèo neceſſaria, ut ſinè ea, nec viam vitæ invenire, nec mandatorum ſemitam currere poſſumus; (a) Cum autem

(a) *Apoſt. 1. Corinth. 4. 5.*

autem munus eam docendi intèr majora Parochorum, & Curam animarum habentium onera referatur, ipſos propterèa per viſcera Miſericordię Domini Noſtri Jeſu Chriſti in Domino obteſtamur, ut omni animi alacritate illud exerceant, cujus præcipuè in tremendo Dei judicio, ab ipſis reddenda erit ratio.

II. Parochi itaque hujus Civitatis, & Diœceſis, quibus animarum cura imminet, per sè, & non per ſubſtitutos, niſi legitimè fuerint impediti, omni vigilantia, & diligentia præceptum a Sac. Conc. Trid. (*a*) ipſis arctiùs injunctum, omnibus diebus Dominicis, & feſtivis de præcepto, crebriùs verò per Adventum, & Quadrageſimam Pueros, & rudes prima fidei rudimenta, ac ergà Deum, & Parentes obedientiam edocendi adimpleant: & in hac tàm ſalutari, & neceſſaria eruditione, omnem operam, & ſtudium adhibeant, convocando per sè vel per Clericos, alioſque in Sacris Conſtitutos, prædictis, quibus ſupra diebus, poſt prandium ad Doctrinam Chriſtianam Pueros, Puellas, alioſque rudes.

III. Quoſque Pueros, & Puellas, alioſque rudes benignitèr excipiant, eoſque ſuo ordine, & loco per Claſſes diſtinctas diſpoſitas per Eccleſiam; Fœminas tamèn ſempèr à Maribus ſeparatas, ut dicemus in Inſtructione prò Doctrina Chriſtiana, quam dabimus in appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum, cum omni charitate inſtruant in fidei rudimentis, & Doctrina Chriſtiana ex libello, quem claræ memoriæ Cardinalis Bellarminus edidit, & Clemens Papa VIII. approbavit.

IV. Quod quidem munus, non per tranſennam, & oſcitantèr adimpleant (*b*) Parochi, aliique animarum Curatores, ſed omni, qua decet, diligentia, attentione, & charitate; & quàm frequentèr moneant, obſervent, & increpent Patres familias, heros, tutores, & omnes alios, qui eorum curam gerunt, ut memores propriæ obligationis, non patiantur filios, ſibique ſubditos ea ignorare, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, ſed ad earum rerum inſtructionem, illos ſtatis temporibus mittant.

V. Quod ſi prò quarta vice (*c*) iidem Patres familias, Heri, Tutores, & omnes alii, quos ſupra recenſuimus, qui aliorum Curam gerunt, non obtemperaverint, eos Parochi, & Confeſſarii à Pœnitentiæ, & Communionis Sacramento omninò arceant: & hac de cauſa interrogent Parochi, & Confeſſarii ipſos, dùm ſuas Sacramentales Confeſſiones excipiunt, an eorum hujuſmodi ſatisfecerint obligationi?

VI. Meminerint quoque Parochi, (*d*) non ſatisfacere proprio muneri

(a) *Seſs. 5. cap. 2. ſeſſ. 24. de ref. cap. 4. & Pius V in conſt.* ex debito, quam ampliavit *Greg. XIII. conſt. 30. Octobr. 1572.* (b) *Conc. 5 Prov. mediol. S. Carol. tit. de doctr. Chr.* & *lib. circul. S. C. c. 19. Jan 16 9.* (c) *S C C. in una Æſin. Synod. 1683. conſt. 16. Feb 1695. ad 7. dub. apud* Monacell. *in ſuppl. ad tit. 13. for. 6. n. 98.* (d) *ex S. Aug. lib. de catechizan. rudib. cap. 13.*

neri quocumque illud exerceant modo: Nàm ſi aliquos repererint hebetioris ingenii, eos ſpeciali Cura, & Studio inſtruant, illoſque ſeparatos ab aliis conſtitutos, ad id, tempore opportuno, accuratiùs edoceant.

VII. Cum autèm quamplures, etiàm adulti, & præſertim Ruſtici reperiantur, qui noſtra principaliora Sanctæ fidei, *Summæ* ſcilicet *Trinitatis*, & *Incarnationis* Myſteria ignorent, & quod magis dolendum eſt, cum cæteris intèr alios addiſcere verecundantur: Idcircò æternæ eorum ſaluti conſulere quocumque modo cupientes, ſatagant Parochi, ut intrà Miſſam, quæ diebus feſtivis de præcepto celebratur in Eccleſiis Parochialibus, Urbis, & Diœceſis Noſtræ in Aurora (*a*) alta voce, lingua Materna, & Populo univerſo reſpondente ſaltèm ſequentia paulatim captando celebrans edoceat, & ſi nec minùs tali modo prædictorum ignorantiæ fuerit conſultum, hoc idem repetant Parochi intrà Miſſam Parochialem, ſtatim poſt habitum ſermonem, (*b*) de quo infrà.

Signum Sanctæ Crucis.
Myſteria Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis.
Symbolum Apoſtolorum.
Orationem Dominicalem.
Salutationem Angelicam.
Præcepta Decalogi.
Præcepta Eccleſiæ.
Septem Sacramenta.
Actum Contritionis.

VIII. Volumus autem proùt mandamus omnibus, & ſingulis animarum Curatoribus, cæteriſque Confeſſariis, ſivè Secularibus, ſivè Regularibus, & in virtute Sanctæ obedientiæ id expreſsè precipimus, ut antequàm Confeſſiones incipiant cum iis, in quibus ſuſpicio eſſe poſſit de prædictorum ignorantia, periculum faciant, & ſi quos ignaros, rudeſque offenderint, hanc eorum ſpiritualem ſocordiam acritèr reprehendant, & oſtendant, quam gravis eſſe debeat eorum Conſcientiæ ignoratio rerum, quæ ad ſalutem animarum ſuarum tantoperè ſunt neceſſariæ.

IX. Et ſi ignorantia non ſit de eis, quibus negari, vel ſuſpendi debet abſolutio, ut ſunt Myſteria principaliora Noſtræ Sanctæ fidei, cum eos abſolvunt, prætèr alias pænitentias, & actiones ſatisfactorias, ipſis id etiam imponant, ut prædicta, quæ continentur hoc *eod. capit. 2. dub. num. 7.*, quæ ſunt potiſſima Doctrinæ Chriſtianæ Capita, accuratè ediſcant, certo illis prò ſuo arbitrio, præfinito congruo tempore; quod tamen ob neceſſariam aliquam cauſam, ſemel, aut ad ſummum iterùm prorogari liceat.

X. Quod ſi prædicta, eo temporis ſpatio decurſo, adhuc illos ignorare

(a) *Synod. Caral. diœc. 1690. tit. 6. cap. 4.* (b) *S. C. Ep. 11. Ian. 1600. in leſin.*, & *juxta Dd. Inſt. circ. de S. C. C. de ann. 1619.*

rare viderint, tunc, nec illorum confeſſionem audiant, niſi cum conſilio eorum, quos huic curæ ſub titulo Præfecturæ Doctrinæ Chriſtianæ præfecerimus in Civitate, & locis Noſtræ Diœceſis.

XI. Et ſi ſemel, atque iterùm ità ad Sacramentum Pœnitentiæ admiſſi, eos poſteà in hac rudi, & craſſa ignorantia perſiſtere compertum fuerit, de iis ad Nos, vel ad Noſtrum Vicarium Generalem referatur, antequàm denuò ad Sacramentalem Confeſſionem admittantur, ut illorum ſaluti efficaciùs, prout magis in Domino viſum fuerit, conſulere valeamus, & interim abſolutionis beneficium ipſis omninò ſuſpendatur.

XII. Non omittant Parochi, aliique animarum Curatores, quocumque in hac Noſtra Diœceſi appellentur nomine, ad hortari (a) puerorum Parentes, & eos qui aliorum habent curam, & præſertim heros, & Tutores, prout ipſos in Domino enixè adhortamur, ut proprios filios, & quos habent ſub eorum cura, & Subditos, Domi, bonis moribus, verbis, & exemplis inſtruant, atque ea, quæ ad Chriſtianam doctrinam pertinent, ſedulò edoceant, & quæ illos Parochi edocuerint, paſſim repetant: Ad prædictorum enim bonam Inſtitutionem, & Chriſtianam Inſtructionem multò magis, & Parentes ergà proprios filios tenentur, aliique qui eorum curam habent; prout quoque & Patrini, qui ipſos de Sacramento Baptiſmatis levarunt, & in Sacramento Confirmationis tenuerunt.

XIII. Et in hac Noſtra Cathedrali, in qua duo Parochi per loca diſtincta, ultimo per Nos inſtituti, animarum curam exercent, Ipſi viciſſim, omneſque alii Sacerdotes, Hebdomadarii, Diaconi, Subdiaconi, aliique in Inferioribus ordinibus conſtituti, & præſertim Alumni, & Convictores Noſtri Sacri Seminarii, ſtatis prædictis diebus ſimul hoc munus edocendi Doctrinam Chriſtianam poſt meridiem adimpleant; & viciſſim etiam iidem Parochi ejuſdem Noſtræ Cathedralis in illa Celebrent Miſſam in aurora diebus Dominicis, & feſtivis de præcepto, & intra illam poſt Evangelium ſaltem edoceant ea, de quibus ſupra *hoc eod. cap.2.num.7.*, & alter eorum repetat illa in Miſſa Conventuali ſtatim poſt habitum ſermonem, quatenus hoc idem ad occurrendum ignorantiæ prædictorum neceſſarium videatur.

XIV. Quodque præſtare non omittant in iis reſpectivè Eccleſiis Archipresbyteri, Parochi, Æconomi, cæterique animarum Curatores, & omnes alii Presbyteri, præſertim de numero participantium, necnon & alii Sacerdotes non participantes, Diaconi, Subdiaconi, & Clerici poſt meridiem diebus Dominicis, & feſtivis, & hoc ſupradictum Eccleſiaſticum, imò & præcipuum Apoſtolorum munus certatim adimpleant, ipſis repromittentes repromiſſionem per rantarum Sacrarum Indulgentiarum, quas varii Summi Pontifices Chriſtianam doctrinam edocentibus conceſſerunt, conſequutionem, coram gloriæ.

XV. Quo

(a) *V. Conc. Prov. mediol. S. Caroli tit. de doctr. Chriſt.*

Digitized by Google

XV. Quo verò ad Miſſam in Aurora in aliis locis Noſtræ Diœceſis, ubi ad minus fuerint duo Sacerdotes, (*a*) eam ad formam Conſtitutionum Synodalium Prædeceſſorum Noſtrorum per turnum celebrabunt iidem Sacerdotes diebus Dominicis, & feſtivis de præcepto in Eccleſiis Parochialibus, & intrà illam, pro ut ſupra ſtatutum fuit poſt Evangelium lingua Materna, & Populo univerſo reſpondente paulatim cantando edocebunt ea, de quibus ſupra hoc eodem *cap.2. n.7.* quod repetere non graventur Parochi, aliique Animarum Curatores in Miſſa Conventuali ſtatim poſt habitum ſermonem, ut pariter ſupra ſtatuimus *dicto cap.2. num.7.*; ſalvis tamen juribus eiſdem Parochis, & Presbyteris quo ad emolumenta, & eleemoſinas concedi ſolitas per locorum Univerſitates prò Miſſa, quæ prò commodo Populi celebratur in aurora.

XVI. Quod ſi quis (*b*) ex Parochis, vel Archipresbyteris, aliiſque animarum Curatoribus prædicta adimplere neglexerit, ſeriæ correptioni ſe reddet obnoxium, puta ſi trium menſium ſpatio, ſuſpenſionem à Divinis incurrat, & ejus creſcente contumacia noverit, quod ipſi per ea, quæ diſponuntur in Sac.Conc. Trid. deputabitur Æconomus: Alii verò Sacerdotes ſuſpenſionis pœnam à celebratione Sacrificii Sanctæ Miſſæ per très dies immediatè ſequentes prò quolibet vice ipſo facto, ipſoque jure incurrant: In Sacris vero, & in Minoribus ordinibus conſtituti pœna carolenorum duorum ſimiliter prò qualibet vice multari volumus, quam in beneficium Noſtri Sacri Seminarii applicari mandamus, & de ea rationem reddere teneàntur Procuratores ejuſdem Noſtri Sacri Seminarii: Servatis in omnibus Prædeceſſorum noſtrorum edictis, & Conſtitutionibus Synodalibus, necnon Decretis Sacræ Congr. Concilii, & Sanctiſſimi Domini Noſtri *Benedicti PP. XIII.*, de quibus in Appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum.

XVII. Verùm in locis, in quibus fuerint ultra quatuor, Eccleſiaſtici, ab hoc onere edocendi doctrinam Chriſtianam diebus dominicis, & feſtivis de præcepto, poſt meridiem, *Presbyteros Sexagenarios, actuales Confeſſarios & Sacerdotes, qui hoc munus adimpleverunt in Miſſa, quam celebrarunt in aurora*, arbitrio, & conſcientia Archipresbyterorum, Parochorum, aliorumque animarum Curatorum eximimus: Parochi autem, & animarum Curatores ſingulis tribus menſibus teneantur, prout mandamus, tranſmittere ad Noſtram Curiam fidem, & atteſtationem juratam de prædictorum adimplemento, aut omiſſione, vel eorum Eccleſiaſticorum, tùm in Majoribus, tùm in Minoribus Ordinibus conſtitutorum, qui prædicta in Miſſa in Aurora, aut poſt meridiem ſupradictis ſtatis temporibus adimplere neglexerint reſpectivè ſub pœna ducatorum decem, quam in beneficium Noſtri Sacri Seminarii applicamus.

XVIII. Etiam ludi Magiſtris juxtà diſpoſitionem Sac. Conc. Lateranen-

(a) *Synod. Dœc. Catal. 1690. tit. 6. cap. 4.* (b) *S. C. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. de reſf. r. cap. 4. in fin. S. C. Epiſc. in Bergomen. 22. Nov. 1592.*

nenſis (*a*) ſtrictè præcipimus, ut ſemèl ſaltèm in Hebdomada præcepta Doctrinæ Chriſtianæ explicent in Scholis, & Concionatores paſſim in Quadrageſima, & Adventu ſeriis admonitionibus quos oportet excitent; exponendo eis tùm propriam obligationem, quam habent ut eorum filii, & ſibi ſubditi in Doctrina Chriſtiana erudiantur, tùm Divinam ultionem à negligentibus expectandam.

XIX. Sedulò tamen invigilent animarum Curatores, ut non ſolum nemo unquàm, niſi neceſſariis fidei Myſteriis inſtructus, ad Sacramentum Pœnitentiæ, ut ſupra diximus, ſed nec minus prò Patrino in Baptiſmo, vel Confirmatione admittatur: Eſt enim turpe, ut quæ quis ignoraverit, alios docere profiteatur: Et hanc Myſteriorum ſcientiam Parochus diligentèr, & prudentèr ſecretis interrogationibus explorabit, ſi aliundè perſpectam non habuerit, & hujuſmodi defectui ſalubritèr occurrere curabit.

CAP. III.

De Divini Verbi Prædicatione.

I. HOc munus, quod primo in Republica Chriſtiana Chriſtus Dominus (*b*) exercuit, & idem commiſit Apoſtolis ſuis, cum eos *miſit in Mundum univerſum ad docendum omnes Gentes*, & prædicandum Evangelium omni Creaturæ, eſt ſummè neceſſarium. *Fides autèm ex auditu, auditus autèm per verbum Chriſti*, quod non habetur, niſi per prædicantem; Adeo quod Sacrum Concilium Tridentinum (*c*) inter præcipua Epiſcoporum onera illud repoſuit, ut & ii concionandi Munus per ſe ipſos expleant, ſi legitimè impediti non fuerint; & Nos, ubi poſſumus, libentèr adimplemus.

II. Et idem Sacrum Concilium Tridentinum (*d*) voluit inſuper, ut animarum Curatores ibidem per ſe, vel per alios idoneos, ſi legitimè impediti fuerint, diebus ſaltèm Dominicis, & feſtivis, ſolemnibus Populum ſibi commiſſum prò ſua, & eorum capacitate paſcant, docendo quæ omnibus ſcire neceſſarium eſt ad ſalutem, & annunciando ipſis cum facilitate, & brevitate Sermonis vitia, quæ declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, ut pænam evadant æternam, & cæleſtem conſequantur gloriam.

III. Curent ergò Parochi, & Archipresbyteri hoc munus tàm gravè fidelitèr adimplere prædictis ſtatis temporibus, vel ſaltem diebus Dominicis, & ſolemnioribus, per sè, non autem per alium, niſi legitimè fuerint impediti, & in hac Noſtra Cathedrali viciſſim, modo ſcilicet

(a) *Ses.9.cap.7.ſub Leon X.* (b) *Canſtà diligenter 30.q.3.can.vos ante omnia 105. de conſecr.d.4.Conc.Aur.cap.19.* (c) *Seſſ.5.de refor.cap.2.& ſeſſ.24.de refor.c.4.* (d) *Loc. ſup. cit.*

licet per unum, modo per alterum Parochum: Et omninò caveant Archipresbyteri, & Parochi, & quiſque eorum caveat de contrario, aliàs punientur quibus ſupra ſtatutis pœnis contrà Parochos, qui fuerint contumaces, quo ad Munus edocendi Doctrinam Chriſtianam Pueros, & Puellas, aliosque rudes poſt prandium, *hac ead. part. 1. cap. 2. n. 16.*, de cujus adimplemento (*a*) ſingulis tribus menſibus Clerus locorum atteſtationem tranſmittere teneatur ad Noſtram Curiam, ſub pæna ducatorum decem, & ubi non fuerit Clerus, ſatis eſt ſi à quibuſcumque aliis Eccleſiaſticis ea fiat, & tranſmittatur, prout ipſis injungimus ſub eadem pæna.

IV. Non tamen ipſos concionari volumus in ſublimitate ſermonis, ſed, eum facilem, & ad audientium captum, & brevem habeant, ſupradictis diebus aliiſque feſtis de præcepto obſervari ſolitis, vel ſaltem diebus Dominicis, & ſolemnioribus: Et id demane poſt lectum in Parochialibus, & Cathedrali Eccleſia Evangelium, vitia quæ declinari, & virtutes, quas ſectari oporteat ſuis Parochianis denunciando; ad quod facilitandum utantur præſertim *Catechiſmo Romano*, prò Parochis potiſſimum impreſſo, ubi habetur dilucidus index Evangeliorum Dominicalium, & aliquorum feſtorum dierum, quo demonſtratur, quodnam ſit ejuſdem Cathechiſmi argumentum, ad quam partem cujuſlibet Evangelii referri, & accomodari poſſit.

V. Alii vero (*b*) tùm Regulares, & quomodolibet exempti, tùm ſæculares, non audeant ſub quocumque pretextu, cauſa, aut quæſito colore in Civitate, & locis Noſtræ Diœceſis ſub gravibus pænis noſtro arbitrio reſervatis ſine noſtra expreſſa licentia concionari, & eos ſine dicta licentia Vicarii locorum, & in eorum abſentia Archipresbyteri, & Parochi, quorum ſit hujuſmodi Noſtras licentias, & literas Patentales recognoſcere, ſub pęnis Noſtro arbitrio reſervatis ad Concionandum, non admittant.

VI. Et Regulares qui in Eccleſiis ſui Ordinis prædicare voluerint, prius à Nobis *benedictionem* petant, & ſi *eam* concedere recuſaverimus, & contradixerimus, ſub pęna excomunicationis, nec minus in eiſdem prædicare audeant, ad præſcriptum conſtitutionum fel. record. *Gregorii PP. XV.* quæ incipit, *Inſcrutabili*, & *Clementis PP. X.* incipientis, *Superna*.

VII. Quos etiam Regulares monitos facimus, teneri, & obligatos eſſe ad præſcriptum dictæ conſtitutionis *Clementis PP. X.* hujuſmodi benedictionem petere; etiam ſi in quibuſcumque Oratoriis ſui Ordinis Sermonem coràm Populo habere voluerint.

VIII. Prædicatores omnes tàm Sæculares, quàm Regulares, etiam quomodolibet exempti, antequam ſe ad hoc munus prò Sacratiſſimæ

(a) *Synod. diœceſ. catal. de anno 1690. tit. 5. cap. 1.* (b) *Leo X. cit. Conc. lat. ſeſſ. 11. Trid. ſeſſ. 5 de ref. cap. 2.*

Quadrageſimæ tempore exercendum conferant ad præſcriptum ejuſdem Conſtitutionis *Clementis X.* quæ incipit, *Superna* §. 3. Coram Nobis ſe præſentent, *benedictionem*, *Inſtructiones*, *& alia neceſſaria monita* recepturos, & *profeſſionem fidei* emiſſuros, ſi eos idoneos reperiemus.

IX. Cum ad locum deſtinatum pervenerint Concionatores, diligentèr, & prudentèr ſciſcitentur à Parochis frequentiora, & manifeſtiora illius Populi vitia, quæ ſemper generatim, & numquam in particulari redarguantur, & eorum expleto munere ad Nos redeant, (*a*) & Nobis fidelitèr referant, ſaltèm per Epiſtolam, illius loci abuſus, & quæcumque reformatione indigere compererint.

X. Ad ipſos tandèm Concionatores (*b*) continendos in majori diſciplina, inhibemus iis, ad quos ſpectat, nè audeant ſub pæna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ eiſdem ſolitam eleemoſynam ſubminiſtrare, ſine Noſtro ſpeciali mandato, quod numquàm concedetur, niſi priùs per ipſos facta ſaltèm per epiſtolam relatione, de qua ſupra ut ſuper eiſdem opportune providere valeamus, quos Vicarii Noſtri Foranei, & in eorum defectu Archipresbyteri ſub pœnis noſtro arbitrio reſervatis de hac ſpeciali obligatione monitos faciant.

XI. Antequàm tamèn huic Apoſtolico muneri initium dederint (*c*) propriam conſcientiam per Pænitentiæ Sacramentum exonerent, ſibique certam vivendi particularem, Religioſam, & Apoſtolicam vitam inſtituant, ut Populo eorum exemplo, magis, quàm verbis prædicent, & nè cum aliis prædicaverint ipſi reprobi efficiantur, & contrà ipſos referantur, quæ per Prophetam dicuntur; *quarè tu enarras juſtitias, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?*

XII. Et meminerint, nè Divini verbi candorem prophano eloquentiæ fuco inficiant; ſed utantur argumentis, & rationibus depromptis ex Divinis literis, & Sanctorum Patrum authoritate firmatis: nevè Sacram Scripturam ad ſuos detorqueant ſenſus, contrà eum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia: aùt contrà unanimem Patrum conſenſum: nec miracula falsè publicent (*d*), nec minus ad bonum finem, ut ajunt: & in proferendis ſententijs à veteri, & vulgata bibliarum editione, perpetuo Chriſtianorum uſu comprobata, non diſcedant.

XIII. Caveant (*e*) inſuper, nè Superiores Eccleſiaſticos, Parochos, Gubernatores, alioſque Magiſtratus Sæculares in publicis Concionibus vituperent, vel reprehendant, & ſeriò advertant, ſui muneris objectum eſſe, peccata omnium expugnare, animas dè manu Dæmonum redimere, & Dei gloriam comparare, non verò doctrinæ, aùt inanis facundiæ oſtentationem affectare, & ſibi plauſum, & æſtimationem addiſcere.

XIV. Et propterea ad fabulas non convertantur, ut auribus pruriant,

(a) *Cap. inter cætera de off. jud. ord. cit. Syn. Catal. tit. 5. cap. 3. § 6.* (b) *ead. cit. Syn. catal. e d. cap. 3. §. 8.* (c) *S. Gegor. lib. 4. moral. cap. 21. & lib 6. cap. 8.* (d) *Novar. ſum. Bullar. comm. 11 §. nu. 16.* (e) *Leo X. in cit. Conc. Lat. ſeſſ. 11. & 1 Conc. Prov. S. Carol. hoc tit.*

riant auditorum, nè Sanctiſſimum Dei verbum rebus ridiculis reddant contemptibile, nevè verbis, non minùs vanis, ac ſupervacaneis utantur: Et omninò ſe abſtineant ab inutilibus quæſtionibus, & fabuloſis narrationibus, ex quibus deperditur pietatis profectus, ſed pro audientium captu prædicent *Jeſum Chriſtum, & hunc Crucifixum*, ad præſcriptum Encyclicarum literarum, quas de ordine San. mem. *Innocent. PP.* XI. dedit Sac. Congr. Concilii, ut in appendice præſentis Noſtræ Synodi, quibus recens prædicationis modus à primævo Apoſtolorum inſtituto prorsùs aberrans, & gregis Chriſti exitioſus damnatur.

XV. Non audeant ſuas facere eleemoſynas prò pauperibus comendatas, vel cum noſtra licentia collectas: Nec publicare Indulgentias ſinè noſtro, vel noſtri Vicarii Generalis permiſſu: Antè Solis ortum, (a) & poſt ejus occaſum nulla habeatur Sacra Concio, impoſita contrafacientibus pęna ſuſpenſionis ab officio ipſo facto incurrenda, & in ſubſidium excommunicationis.

XVI. Monemus autem locorum Vicarios, & Parochos, ut omnia in præſenti Capitulo contenta debitæ exequutioni demandentur, Concionatoribus, priuſquam hoc aggrediantur munus, legenda exhibeant, & ſi noverint, quod Deus avertat, quemquam ex eis, à prædictis noſtris mandatis aberrantem, ſtatim Nos certiores faciant.

XVII. Dum in Cathedrali, Parochiali, Archipresbyterali, aliiſque Eccleſiis habetur Divinum verbum, (b) præſertim tempore Sacratiſſimæ Quadrageſimæ, & Adventus conſuetum eſt, ut claudantur officinæ, & Artifices ceſſent ab opere, ac una cum operarijs ad illud ſe conferant audiendum, quod *eſt ſemen Dei, & centuplicat in cordibus noſtris*: quod etiam præſtandum erit à ludi Magiſtris cum ſuis Scholaribus: a Parentibus cum filijs: & ab aliis cum ſibi ſubditis, & famulis, ut ipſos ad prædicta in Domino adhortamur, nè iſtorum neglectæ emendationis, & educationis cauſa pęnas à Deo juſto vindice comminatas, perſolvant; damnantes abuſum, quem irreptum reperimus aliquibus, in locis Noſtræ Dięceſis, in quibus Matres, earum filias nubiles ad audiendum verbum Dei ad Eccleſias perducere, ſe abſtinent.

XVIII. Et hac de rè monemus, & in Domino enixè adhortamur locorum Gubernatores, eorumque Locumtenentes, & Magiſtratus quoſcumque, ut tunc quoque temporis Curia ſileat, & à foro ſe abſtineant: necnon otioſam turbam à Plateis abiicere faciant, ut Sacris Concionibus interſint: & ſi opus fuerit eos remediis oportunis cogant, & compellant; prout melius in Domino ipſis expedire videbitur.

XIX. Caveant tamèn ad evitandam, quam cauſare ſolent perturbationem gemitus, & ploratus infantium, (c) & non dùm duorum annorum, tempore concionis, prout quoque, & aliorum Divinorum offi-

 cio-

(a) *S. C. Epiſcop. apud Nicol. in verb. Prædic. num. 17.* (b) *Barboſ. ad Ind. ſeſſ. 4. de refor. cap. 4. num. 15.* (c) *Synod. D. ac Catalan. 1650. hoc tit. cap. 5. §. 3.*

ciorum, ſub pœna interdicti, eos ad Eccleſiam perducere; & monitos facimus Sacriſtas, & in eorum defectu oſtiarios, alioſque quibus Eccleſiarum cura incumbit, ut in hoc invigilent, & ſi quos repererint contumaces, præſertim dùm verbum Divinum prædicatur, ipſos ab Eccleſiis expellant.

XX. Tempre Quadrageſimali, & Adventus, (a) Canonici, omneſque alii ſervitio chori addicti, Sacris Concionibus aſſiſtant, eodem fermè habitu induti, quò Divinis Officiis intérſunt, in conſueto loco, alitèr punctentur. Idem obſervent Parochi, Sacerdotes, & Clerici Terrarum, & locorum Noſtræ Diœceſis, in eorum Eccleſis tempore Sacrarum Concionum prænarrato, ut ſempèr cum cocta, & bireto aſſiſtant, & Parochi proùt quoque Archipresbyteri ſupra Coctam utantur etiam Mozzetta violacei coloris, & tempore Concionis (b) non audeant Miſſas celebrare, aùt confeſſiones audire.

XXI. Noſtrum ſolum eſt, tàm in Cathedrali, quàm in omnibus aliis Eccleſiis Parochialibus, & Archipresbyteralibus, prò quadrageſimali tempore Concionatorem liberè deligere, atque conſtituere, impenſis tamèn Civitatis, ac locorum Univerſitatum, proùt hactenus ſanctè, & inviolatè ſervatum fuit: Et viciſſim in Archipresbyterali Eccleſia oppidi Sancti Martini; unoquoque tamen anno illius Terræ Serrecapriolæ: volumus tamen, ut Concionatores, tàm Seculares, quàm Regulares, qui ab Univerſitatibus locorum prò tempore Quadrageſimali nominari ſolent antè feſtum Epiphaniæ Domini, eorum nominationis documenta coràm Nobis omninò præſentent, alias Nos, dicto tempore elapſo ipſos, ex jure devoluto ſolitis ſumptibus, & impenſis locorum Univerſitatum, ut pluriès declaravit (c) Sac. Congr. Concilii, prò eo anno deligemus.

XXII. Et ſi ſolitas eleemosynas, & alimenta ſubminiſtrare recuſaverint, (d) ſi particulares fuerint eo ipſo ſint excommunicati, ſi verò communitas fuerit perſonarum, ut quoque ſi Prædicatores à Nobis miſſos in Quadrageſima, vel àlio tempore, non receperit, aùt malè tractaverit, tamdiù eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto, quamdiù Nobis in Domino viſum fuerit.

CAP. IV.

Dè explicatione Sacræ Scripturæ.

UBI

Dè Præbenda Theologali, & dè Officio Canonici Theologi.

I. DEcreto Sacri Concilii Tridentini, (d) ne Cæleſtis ille Sacrorum librorum Theſaurus, quem Spiritus Sanctus ſumma liberalita-

te

(a) *Pignat. conſult. 206. nu. 65. tom. 4. D. Card. Petr. tom. 3. ad conſt. 1. Nicol. [illegible] num. 15. & ſeqq.* (b) *S. C. C. apud cit. D. Card. P[illegible] n. 17.* (c) *Apud Monacell. in formulogal tit. 12. formul. 7. num. 1[illegible]* (d) *Ead. S. C. C. apud Monacell. loc. cit.* (e) *Seſſ. 5. de ref. cap. 1.*

te hominibus tradidit, neglectus jaceat, cavetur,ut non ſolùm in Metropolitanis, ſed etiàm in Cathedralibus, ſi Civitas ſit Inſignis, vel Populoſa, Præbenda Theologalis, quando inſtituta non fuerit, inſtituatur omninò: Et hoc idem permaximè inculcat Sanctiſſimus Dominus Noſter *Benedictus PP. XIII.* in ſua Conſtitutione, quæ incipit *Paſtoralis Officii*, ubi vult, ut Epiſcopi iis cæteroquin expeditiſſimis mediis utantur, quæ in dicto Sacro Conc. Trid. proponuntur, & aliis expeditioribus, eos uti mandat, ad hoc ut quam citò in Eccleſiis, in quibus, non dùm reperitur inſtituta, inſtituatur omninò, & in eiſdem Sactæ Scripturæ lectio habeatur.

II. Qua de re cum ea in hac Noſtra Cathedrâli Larinenſi erecta hucuſquè minimè fuerit: Conſiderante Nos quantùm utilitatis ſit illorum Sacrorum Librorum explicatio, & quàm incongruum, ut Cæleſtis ille theſaurus neglectus jaceat,illam hac Noſtra Cathedrali Eccleſia, ejuſdem Sacroſancti Concilii Tridentini authoritate nupèr & ereximus, & cum omnibus honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis de quibus in Bulla erectionis per Nos factæ, ſub datum Larini die ſexta ſuperioris menſis Martii currentis anni 1728., inſtituimus, & eidem robur præſentis confirmationis adiicimus, ſupplentes omnes, ſi qui forsàn in ipſa irrepi contingat, juris defectus.

III. Habeat ergò Canonicus Theologus, qui prò tempore fuerit, Sacrę Sripturæ lectionem, prò Noſtro, & Succeſſorum noſtrorum arbitrio, (a) etiàm quo ad locum, & materiam in particulari determinandam, non per alium, ſed per ſe ipſum faciat omninò; aliàs fructuum ſequeſtratione, & eorum aſſignatione de eiſdem alteri, qui ſuo loco legat, proviſo, punietur, & creſcente contumacia, ad alias pœnas, etiam privationis ad formam juris, ſed per affixionem ad valvas, in ejus abſentia deveniemus: & ſi fortè ex aliqua rationabili cauſa per aliquod tempus per ſe id adimplere non potuerit, Nobis, & Succeſſoribus noſtris ad pręſcriptum Sacroſancti Concilii Tridentini Subſtituti electionem, & deputationem reſervamus.

IV. Quo verò ad methodum ſervandam in expoſitione Sacrę Scripturæ per Theologum, qui prò tempore fuerit, ipſum hortatum volumus, ut cum non omnes auditores ſint eodem ingenio præditi, clara, & prò ſingulorum captu dicendi ratione utatur: potiſſimumque monemus, ut maximum circa hoc miniſterium ea ipſa præcipua ſit methodus, quatenus literati in unaquaque lectione textus enarratione, duas minimum ex eiſdem Sacræ Sripturæ locis proponant ſemper, & ſolvant quæſtiones, *hiſtorialem unam, moralem alteram,* vel *dè noſtræ fidei articulis, & Sacramentis,* vel *dè Catholicæ Eccleſiæ ritibus, eorumque myſterijs, vel alijs ad ſanam doctrinam, & Chriſtanam inſtitutionem*, ſpectantibus, quæ humanę nedum eruditioni, ſed ſpirituali etiam valeant prodeſſe intereſſentium ſaluti.

V. Et

(a) *Plurie s S.C.C. apud Monacell for. leg. tit. 2, form. 5, num. 12.*

V. Et eidem lectioni (*a*) Dignitates, & Canonici, omneſque alii Eccleſiaſtici, & præſertim ſervitio chori addicti, interſint, aliàs puniantur; aliique Eccleſiaſtici noſtro arbitrio mulctentur: Clerici verò ſi non interfuerint, ad alios ordines non promovebuntur; Et inſuper Regulares interſint, qui Sacramentales Confeſſiones Secularium excipiunt, uſque donec hæc ipſa lectio in eorum Monaſterio non habeatur, aliàs ſint ipſo jure ſuſpenſi ab audiendis Sacramentalibus Confeſſionibus.

VI. Ne autem finis Sac. Conc. Trid. (*b*) in inſtitutione Præbendæ Theologalis, qui fuit, ut non ſolum Eccleſiaſtici, ſed omnes Chriſtifideles in lege Domini erudiantur, fruſtretur; Monemus propterea omnes, & quoſcumque noſtræ curæ Paſtorali commiſſos, ut pariter & ipſi eidem interſint lectioni, & aliàs nullam coram Deo in die Judicii excuſationem habebunt, quod eis tempore opportuno panis ſapientiæ, adeò ad noſtram ſalutem neceſſarius, fractus non fuerit.

VII. Gaudeat tamen Canonicus Theologus, (*c*) qui prò tempore fuerit, vacatione à præfata lectione à feſto Sancti Thomæ Apoſtoli uſque ad diem poſt Epiphaniam, à Dominica ſeptuageſimæ uſque ad primam Dominicam Quadrageſimę, a Dominica Palmarum uſque ad totam Octavam Paſchatis, à feſto S. Joa Baptiſtæ ad diem quintam Novembris: At aliis diebus Dominicis eam ſemper habebit, & ob tenuem Canonicorum numerum, prò hora lectionis ipſum eximimus ab officio chori, non autem prò tota die, nempè ſi fuerit de mane volumus, ut dè mane ad illud non teneatur, bene quidem de ſero, proùt quoque ſi de ſero ſequatur lectio, de mane eiuſdem diei ad officium chori ipſum teneri decernimus.

VIII. Dum verò Præbenda Theologalis vacat, ejus fructus applicari edicimus alicui perſonæ, quæ munus legendi ſuppleat, vel darí alicui ex Canonicis, vel Dignitatibus ejuſdem Noſtri Capituli, ſi adſit idoneo in commendam, donèc Titularis provideatur; ſed ſi Clericus Sæcularis Idoneus non reperietur, inhærendo conſtitutionibus S. Pij PP. V., & Gregorij PP. XIII. (*d*) collationem Canonicatus hujuſmodi ſuſpendendam eſſe volumus, donec inveniatur Canonicus ſæcularis, ſi fieri poſſit.

IX. Et interim nullum eſſe fructus ipſius Canonicatus cuſtodem, aut Curatórem deputandum, (*e*) ſed eos omnes Superiori alicujus Monaſterij tradendos, qui curet, ut aliquis Idoneus Theologus ex ſuis Regularibus dictam lectionem faciat, cui ex dictis fructibus imprimis neceſſaria ſubminiſtrentur, & ſi aliquid reliquum fuerit, in ſui Monaſterij uſum convertatur, & de cœtero Teologus Regularis nihil aliud ſibi vindicare audeat, niſi quod ei ſtatutum eſt, quo ſupra præfertur, modo, deteſtata pe-

(a) *S.C.C. pluries apud cit Monacell. tit. 2. for. 5. n. 5 & ſeqq.* (b) *Ead. ſeſſ. 5. de refor. cap.* 1. (c) *Ut ead. S.C.C.* pluries reſpondit *apud Chriſſ. de riſti. p. r. 2. §. 25. n. 9. & apud Monac. tit. 16. for. 10. num. 6.* (d) *Apud Barboſ. ad Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. num. 12. & ſeqq. & alleg. 96. num. 15.* (e) *S.C.C. apud Card. Petr. tom. 4. ad conſt. 2. Innoc. VI. num. 38.*

penitùs quacumque habendi ſtallum in Choro, voces in Capitulo, aliavè conſimili prætenſione, ſed contentus ſit ſolùm de prædictis fructibus, proùt ſupra dictum fuit.

CAP. V.

Dè Caſuum Conſcientiæ & Sacrorum Rituum Congregatione.

I. PRæceptum Domini eſt, ut ijs, qui in ordine ſunt Levitico, *Cuſtodiant ſcientiam*: Ipſi enim tenentur Populum in lege Domini inſtruere, & Sacroſanctum Dei Evangelium non ſolum cuſtodire, ſed etiam aliis prędicare: & compertum cum habeamus, quantum ad id Caſuum Conſcientiæ, & Sacrorum Rituum diſcuſſio, & collatio conferat: Mandat propterea hæc Noſtra Sancta Synodus, ut tùm in urbe, tùm in omnibus aliis locis, & Terris hujus noſtrę Diæceſis, in quibus fuerint tres Eccleſiaſtici, ſemèl in hebdomada coràm Præfecto ejuſdem Congregationis caſuum conſcientiæ, atque Sacrorum Rituum, per Nos, aùt Vicarium noſtrum Generalem deputando, in Sacriſtia, vèl in locis, in quibus commodiùs Nobis viſum fuerit reſpectivè, omnes conveniant, hoc eſt Clerici, ſacris initiati, Canonici, Dignitates, & Regulares quoque, dummodo morales in eorum conventu lectiones non habeantur.

II. Quęſtionum ſubtilitatem, quæ potius ad ingenii oſtentationem, quam ad veram doctrinam addiſcendam conferunt, in eadem Congregatione prorsùs evitare ſtudeant: Sed Pręfecti eiuſdem Congregationis caſus ad praxim potiùs conducibiles *Circa Sacramentorum adminiſtrationem, Eccleſiaſticam Diſciplinam, Sacrorum rituum, & conſimiles materias*, juxtà methodum in Appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum apponendam, omninò proponant.

III. Unicuique ex intereſſentibus licitum ſit ſuam proferre ſententiam in eadem Congregatione: Advertant tamen, ut eam moderatè, & cum omni circumſpectione, inferiores ſuperioribus deferendo, & ſine æmulatione, & contentione proferant, & ubi non convenerint ad Nos, vel ad noſtrum Vicarium Generalem referant, reſolutionem ſuſcepturi.

IV. Ut autem promptiùs ad hoc pium opus amplectendum noſtri Eccleſiaſtici, & Regulares prædicti alliciantur, eo liberius eidem caſuum Congregationi interſint, quo ex hoc Cęleſtis gratiæ dono, ſe conſpexerint uberiùs refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli authoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Eccleſiaſticis, tùm Sæcularibus, tùm Regularibus, verè Pęnitentibus, & Confeſſis, ſeù ſtatutis à jure temporibus firmum confitendi propoſitum habentibus, quotieſcumque in dicta Caſuum Conſcientiæ, & Sacrorum Rituum Congregatione intervenerint, quadraginta dies de injunctis eis Pęnitentijs authoritate qua in his fungimur ordinaria præ-

ſen-

ſentium tenore miſericorditer in Domino relaxamus.

V. Qui verò eidem Congregationi non interfuerint, Dignitates, & Canonici noſtræ Cathedralis ſubjaceant multis, & pœnis contentis in conſtitutionibus, & ſtatutis capitularibus; Archipresbyteri aliique Sacerdotes die ſequenti, à Sacrificii Miſſę celebratione omninò ſe abſtineant; In Sacris verò conſtituti, & Clerici multentur pœna unius caroleni prò qualibet vice, & eam in Noſtri Sacri Seminarii beneficium applicamus, de qua rationem reddere teneantur Procuratores locorum ejuſdem Noſtri Sacri Seminarii, qui propterea ad id invigilare curabunt. Regulares verò, in quorum Conventu morales non habentur lectiones, ab audiendis confeſſionibus ſuſpendimus: In aliis ſerventur, quæ diſponuntur in methodo, de qua ſupra hoc *eod. cap. 5. num. 2.*

C A P. VI.

Dè Vſu Librorùm.

I. ANimos luto inquinatos præſeferunt, qui in vetitam damnatorum Librorum lectionem, & retentionem nituntur; Nam poſthabitis Sanctorum Patruum, & probatorum authorum libris, ex proſcriptis, in quibus verſutiſſima inimici Serpentis ſparſa reticetur vafrities, falſas, & veneno illitas doctrinas, animas, & mores corrumpentes, carpere, & deglutire feſtinant: Nos autem, quos Deus, ſua Divina Miſericordia, in ſpeculatorem vineæ ſuæ conſtituit, prò Noſtri Paſtoralis Officij partibus, huic malo occurrere cupientes, eam ſpe ſequentium Decretorum circumdare decernimus.

II. Quo circà meminerint omnes adamuſſim obſervare Regulas indicis librorum prohibitorum per Patres à Sacroſancta Tridentina Synodo delectas, concinnatas, & à San. mem. Pii PP. IV. comprobatas conſtitutione, quæ incipit, *Dominici* (a); Quod ſi quis auſus fuerit contrà harum Regularum præſcriptum, aùt hujus indicis, & aliarum conſtitutionum, & Decretorum Apoſtolicorum prohibitionem, libros aliquos legere, aùt habere, ſi libros hæreticorum, vel cujuſvis authoris ſcripta, ob hæreſim, vel ob falſi dogmatis ſuſpicionem damnata, aut prohibita legerit, ſive habuerit, ſtatim in excommunicationis ſententiam Summo Pontifici reſervatam incurrit: Qui verò libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, arbitrio Noſtro, & Cenſuris punietur.

III. Bibliam Sacram vulgari lingua, cum plus indè ob hominum temeritatem detrimenti, quam utilitatis, ut plurimum oriatur, legi, aut haberi omninò prohibemus (b): Et qui eam legere, aùt habere auſus fuerit,

(a) *Vt in Indic. libr. prohibit. regul. X. in fin. & conſule Bonac. in Bullec. au. diſp. 1. quæſt. 2. punct. 4. per tot.* (b) *ut prohibita eſt in d. Indic. libr. prohibit. reg. IV.*

rit, ultra peccatum mortale, quo ſe obſtringet, graviter etiam arbitrio noſtro aliiſque pænis ſubijcietur: Omnes Litanias; præter eas, quæ in Miſſali; & Breviario Romano continentur, quales etiam ſunt Litaniæ Lauretanæ, abolemus, & rejicimus, proùt eas abolevit, & rejecit variis decretis, & Conſtitutionibus Sedes Apoſtolica, cui in omnibus obſequentèr famulari volumus.

IV. Noverint univerſi, (*a*) quod muneri ſuo non ſatisfaciunt, ſi per ſe ipſos comburant, lacerent, aut aliò tranſmittant libros prohibitos, quos abſque debita licentia retinent, ſed de eis diſponere, non graventur ad formam juris: Et ſcientes aliquem legere, ſivè habere ſinè debita licentia libros prohibitos, Nobis, vel Noſtro Generali Vicario ſignificare tenentur, quod ſi intrà quindecim dies poſt habitam notitiam, non fecerint, excomunicationem incurrant ad formam juris.

V. Qui verò facultatem habendi, & legendi libros prohibitos obtinuerint, eos exacto tempore, in data facultate definito, neque retinere, neque legere audeant, ſub pænis proùt ſuprà præfatum eſt; Et caveant nè in ſupplici libello quidquam falſum, vel circa ſtudium, vel circa alias conditiones neceſſarias, ad obtinendam dictam facultatem, & licentiam à Sacra Congregatione, exponant; Et ſi quis malis artibus eam extorſerit, talis facultas uti obreptitia, vel ſubreptitia ipſum non juvat, qui propterea tenetur ad pænas contra habentes, & legentes libros, prohibitos, ac ſi ea ſibi conceſſa, non fuiſſet.

VI. Et tandem inhærentes diſpoſitioni Sacri Concilij Tridentini, (*b*) ad reprimendam temeritatem illorum, qui ad prophana quæque convertuntur, & propriæ conſcientiæ obliti, verba, & ſententias Sacræ Scripturæ torquent ad ſcurrilia, ſcilicet fabuloſa, vana, & adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias, & diabolicas incantationes, divinationes, ſortes, libellos, etiam famoſos: Mandamus propterea ſub pænis noſtro arbitrio, etiam excommunicationis, prò delicti, & perſonarum qualitate, reſervatis, aliiſque in Jure contentis, ad tollendam hujuſmodi irreverentiam, & contemptum, nè de cætero quiſquam quomodolibet verba Sacræ Scripturæ ad hæc, & ſimilia quoquo modo audeat uſurpare.

C A P. VII.

De Italo-Græcis,
Ne in Schiſmaticorum errores incidant.

I. FOrmoſior, ut inquit, Innocentius IV. ſcribens ad Epiſcopum Tuſculanum in Regno Cypri Apoſtolicæ Sedis Legatum, (*c*) ex rituum varietate, redditur filia Jeruſalem, in terris vera Jeſu Chriſti

C Spon

(a) *Nicol. in floſcul. verb. liber. n. u. 2. & ibi Barb. alleg. 90 nu. 5. Dian. p. tract. 11. reſol. 37.*
(b) *Seſs. 4 de Canonic. ſcript.* (c) *Apud Quarant. in ſumm. Bullar. verb. Græcorum Ritus.*

Sponſa, Eccleſia Sancta ſua, quæ tota pulcra eſt, & in ſe nullam habens maculam, neque rugam, & tamquam Regina, quæ aſtitit à dextris Dei in veſtitu deaurato circumdata varietate, magis condecoratur.

II. Et ea propter Sedes Apoſtolica, Summique Pontifices, ritum quoque Græcum, paterna ſemper amplexati ſunt, & amplectuntur, charitate, & tamquam catholicum, quatenus debitam Eccleſiæ Romanæ, qui eum ſequuntur, profiteantur, obedientiam, venerati ſunt, præſertim in Italia, & Inſulis adjacentibus, in quibus, quàm plures hujuſmodi Ritus Græci, unde *Italo-Græci* nuncupantur, ſparſim ſe receperunt.

III. Cum autem in hac Noſtra Diœceſi ex quinque per Albanenſes, quos appellant, aliàs erectis Coloniis, inhabitantes in Oppido *Chieuti*, infrà tamèn eorum medietatem hunc ſub Archipresbytero Græco, qui in ipſos animarum curam exercet, ultrà Æconomum ritus latini, qui latinorum in eodem Oppido habet curam, adhuc ritum ſequantur Græcum; Ad eos (a) igitur noſtræ autoritati, & Juriſdictioni ſubjectos in officio continendos, noſtra, qua ergà ipſos tenemur, Paſtorali ſollicitudine, infraſcripta ex variis Conſtitutionibus, & decretis Apoſtolicis, & præſertim ex Iſtructione Clementis PP. VIII. quæ incipit *Sanctiſſimus*, quas dabimus in Appendice ad hanc Sanctam Synodum excerpta, & tranſcripta, obſervanda decernimus.

IV. Monitos, itaquè, primò facimus Archipresbyterum Græcum, & Æconomum latinum, ut prò diverſitate Rituum, diverſam habeant aquam in adminiſtratione Sacramenti Baptiſmatis nempè Æconomus latinus ſub ritu latino, & Archipresbyter Græcus ſub Græco ritu, benedictam: nec extrà caſum neceſſitatis liceat uti Æconomo latino aqua benedicta ritu Græco: nec è contra Archipresbytero Græco, uti aqua benedicta, ritu latino: Et Presbyteri Græci Chriſmate in fronte baptizatos, non conſignent: Mandantes, ut in ordine Baptiſmi apud eorum *Euchologium*, ſeù Rituale prætermittantur, quæ ſequuntur poſt illa verba μετὰ τὴν εὐχὴν poſt orationem &c. uſque ibi. ὡς αὖ πρὸ ὁ Ἱερεὺς Σχῆμα κύκλυ, poſtea facit Sacerdos figuram circuli, inter quæ verba forma hujus conſignationis habetur.

V. Si qui, verò Infantes, ſeù alij Baptizati à Presbyteris Græcis dè facto in fronte fuerint conſignati, volumus, ut denuò confirmentur ſub conditione v3. *N. ſi es Confirmatus, ego te non confirmo, ſed ſi non es Confirmatus, ego conſigno te ſigno Crucis ✠ & confirmo te Chriſmate ſalutis ✠ In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: Et Chriſma quod ab Epiſcopis Græcis communionem cum Sancta Sede habentibus, haberi non poteſt, non niſi à Nobis teneantur, accipere, prout quoque, & alia olea Sancta, quæ à Nobis conficiuntur feria V. in Cæna Domini.

VI. Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, quod prò infirmis aſſer-

(a) *S. Pius V. in ſuis lit. Apoſt. apud cit. Quaran. §. præter.*

ſervatur, ſingulis octo, vel ſaltem quindecim diebus renovetur, & nunquàm toto anno aſſervetur. Et caveant (a) nè ex alia materia, quam ex pane tritico, & nunquàm hordeaceo, neque in caſu neceſſitatis ſit confectum: nec fundant, vel miſceant Sacro oleo, ac iterum coquant, vel alias exiccent ſpecies Sacramenti Sanctiſſimæ Euchariſtiæ feria v. in Cæna Domini, ut deindè illud aſſervetur, nec alias ullo tempore Sanctiſſimam Euchariſtiam in fermentato Parochi Græci latinis Parochianis, nec Æconomus latinus Euchariſtiam in azimo confectam Parochianis Græcis miniſtrare præſumant: Sed latini à latino in Azimo Æconomo, & Græci à Græco Archipresbitero, eam in fermentato accipiant, ut Paſchali præcepto ſatisfacere valeant; & ſi ſecùs, pænam ſuſpentionis à divinis incurrant.

VII. Advertat Archipresbyter, vel quivis alius Sacerdos, nè Sacramentum Euchariſticum miniſtrare audeant, niſi Populo genuflexo, & nunquam ſtanti, nec minùs infantibus, benè temèn adoleſcentibus, de quibus infrà *par.2. cap.4. num.7.*

VIII. Si Græci velint accipere Altaria portatilia ab Epiſcopis latinis Conſecrata, benè erit; Sin minus tolerentur eorum Throni ſuper Altaria lapidea ponendi; quando celebrant Corporalia, uti latini, habeant, etiam ſi *thionis* utantur; Sacerdotes *Stolam*, & *phelonium* ſuper communem veſtem non adhibeant, niſi priùs tunicam, quàm *στιχάριο* Sticarion vocant induerint, & eam Sanctus Germanus Conſtantinopolitanus Patriarcha Candidam expreſſit, divinitatis ſplendorem, quò fulgiri debent celebrantes, ſignificantem: Et Presbyteri Græci numquam Ritu latino, nec Presbyteri latini Græco Ritu Sacra peragant Myſteria, ſub pæna perpetuæ ſuſpentionis à divinis: Et Sacerdotes Græci conjugati ab uxoribus ſe abſtineant antè Sacrum Sacrificium, ſeù Sanctam Miſſam celebrandam per hebdomadam, vel per triduum, ut Mente, & Corpore impolluti cum majori reverentia ad illud peragendum accedant, & nunquàm mulierum miniſterio in celebratione Sacrificij Miſſæ, vel aliis Eccleſiaſticis functionibus utantur, minùſque illud celebrare audeant antè, vel poſt horam ab Eccleſia præſcriptam.

IX. Et quo ad Miſſas imperfectas, ſeù præconſecratorum, quas appellant *proyaſmena*, & celebrant Sacerdotes Græci regulariter feria 4., & 6. tempore Sacratiſſimæ Quadrageſimæ, ac Hebdomada majori, non audeant iidem celebrantes, ſolitam eleemoſynam prò eiſdem accipere, quæ aliàs ipſis ſubminiſtrari ſolet, dum perfectum conficiunt Sacrificium, eis tamèn declaramus licere, & licitum fuiſſe, dictas eleemoſynas dare, & reſpectivè accipere titulo operis, quod Sacerdotes præſtant eorum Sanctis, & publicis precibus, dum dictam Miſſam Præconſecratorum celebrant, prout ultimo, hac de re per Nos propoſito dubio Sanctiſſimus Noſter *Benedictus PP. XIII.* reſpondit per organum Sacr. Congr. Uni-

(a) *Vid. Pignatell. tom.3. conſult.60. num.41.*

Univerſalis inquiſitionis de Urbe, mediantibus literis ejuſdem Sacræ Congregationis ad Nos tranſmiſſis, *ſub datum Romæ 13. ſuperioris menſis decembris proximi elapſi anni* 1727., de quibus in Appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum.

X. In adminiſtratione Sacramenti Pænitentiæ, non alia, quam in Generali Concilio Florentino præſcripta utantur abſolutionis forma, & poſtea ſi voluerint dicant orationem illam deprecativam, quam prò forma hujuſmodi abſolutionis dicere tantùm conſueverunt: Et nec audeant excipere ſimultaneas Sacramentales Confeſſiones viri, atque uxoris, ubi talis ſit abuſus, ut vir, atque uxor ſimul, & eodem tempore eidem Presbytero confiteantur; Nec aliquibus per Confeſſarios ioco pænitentiæ unctio aliqua fiat, infirmis verò juxtà monitum Jacobi Apoſtoli.

XI. Ordinati ab Epiſcopis Schiſmaticis alias ritè ordinatis, ſervata debita forma, recipiunt quidem ordinem, ſed non exequutionem: Et in ordinibus tali modo ſuſceptis miniſtrare non permittantur, niſi cum ipſis ſuper irregularitate, hujuſmodi occaſione contracta, authoritate Sanctæ Sedis Apoſtolicæ fuerit diſpenſatum: Et Græci, ſicut, & latini ſine literis Dimiſſoriis Epiſcopi latini Diœceſani ad Sacros ordines promoti, ſuſpenſi ſunt, & ſi ſuſpenſi in ſuis ordinibus miniſtraverint, irregulares efficiuntur: Et ſuper hujuſmodi, & ſimilibus irregularitatibus diſpenſandi facultatem à Sancta Sede Apoſtolica obtineri oportebit.

XII. Et ſi Epiſcopus latinus Græcum aliquem ordinare voluerit, qui à Presbytero Græco in Baptiſmo, Chriſmate de facto fuerit conſignatus, debet illum anteà confirmare ſaltem ſub conditione, ut fuit dictum ſupra hoc *eod. cap. 7. num. 5.*: Habeant tamen Græci ad ordines promovendi ſufficientem titulum ad inſtar latinorum, conſuetudine quacumque in contrarium non obſtante, ut pluries declaravit Sacr. Congr. Concilij, (*a*) nè alias viliora ob eorum paupertatem exercere cogantur.

XIII. Et licet ex Eccleſiæ, benignitate Romæ habeatur Epiſcopus Græcus Catholicus, qui Græcos Epiſcopis latinis Italiæ, & Inſularum adjacentium ſubjectos ab Epiſcopo Græco promoveri volentes, ordinat, id tamen, non facit niſi cum literis dimiſſorialibus Epiſcoporum latinorum illorum Diœceſanorum, & eorum approbatione, tùm quo ad mores, tùm quo ad doctrinam, ut ultimò expreſsè mandavit Sanctiſſimus Dominus Noſter *Benedictus PP. XIII.* ſuis literis circularibus ad Epiſcopos Italiæ, & Inſularum adjacentium datas per organum Sac. Congr. Epiſcoporum, & Regularium 11. *Maij* 1726.

XIV. Archipresbyter Græcus, & Æconomus latinus, non graventur vertere in linguam Græcam vulgarem, & in linguam Italicam reſpectivè *decretum* Sac. Cong. Trid. *de Reformat. matrim.*: Et pluries in anno, & præſertim feſto Epiphaniæ Domini illud publicent ad omnium captum inter

(*a*) *S. C. C. in Sicilia 17. Nov. 1650. apud Pignatell. tom. 1. conſult. 39.*

inter Miſſarum ſollemnia: Et non permittant, matrimonia inter Conjuges Græcos dirimi, & divortia, quoad vinculum fieri non poſſe declarent: Et ſi quæ de facto proceſſerint, ad Nos deferant, ea nulla, & irrita declaraturos.

XV. Maritus latinus, Uxoris Græcæ ritum, non ſequatur: Latina uxor; non ſequatur ritum mariti Græci: Gręca vero Uxor ſequatur ritum Mariti latini; Quod ſi id fieri, non poſſit, quiſque conjugum in ſuo ritu, Catholico tamen manere permittimus: Proles verò ſequatur Patris ritum, niſi prævaluerit mater latina, quo caſu ob majorem Ritus latini dignitatem, in quo prævalet mater latina, ſequatur matris Ritum, quam tamen cogi, non volumus.

XVI. Ad evitandam Rituum promiſcuitatem, & nè latini de facili ad Græcum Ritum tranſeant, & Græci in latinum; & de latino deinde ad Græcum revertantur, ut pluries cum notabili ſcandalo accidit, præcipimus ſub pæna ducatorum decem, aliiſque Noſtro arbitrio reſervatis, ut duplex diſtinctiſſime in dicto Oppido formetur animarum ſtatus, alter Græcorum ab Archipresbytero Græco, alter verò latinorum ab Æconomo latino, & quiſque quolibet anno poſt Paſcha Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſuum ad Archivium Epiſcopale duplicatum ſubſcriptum, & authenticum tranſmittat: Et nemini liceat ſub pæna excommunicationis ipſofacto incurrenda à latino in Græcorum Ritum abire, aut Græco, latino, jam facto in Græcanicum Ritum redire.

XVII. Græci inter latinos degentes dies feſtos de præcepto ejuſdem latinæ Eccleſiæ, ſervare teneantur: Quo verò ad uſum carnium die Sabbato. Gręcos hortamur, ut ab eo ſe abſtineant, ſed ubi ſinè ſcandalo fieri poteſt, in locis tamen ipſorum, & inter eos tantum, cum ipſi qualibet hebdomada, & feria quarta, & feria ſexta jejunent, tolerandum ducimus, excepto tempore quadrageſimali, ut ad jejunium eodem die Sabbati in quadrageſima, excepto uno Sabbato Sancto ex antiqua traditione, non teneantur, ſed dumtaxat ad abſtinentiam. In jejuniis quoque biduanis, vel triduanis, vel alias à Diœceſanis, vel in Jubileis à Summo Romano Pontifice indictis, die Sabbati in eis comprehenſus, vel præſcriptus in alium diem prò plebibus Græcis à Nobis authoritate Apoſtolica jam conceſſa, data occaſione commutabitur.

XVIII. Ut autem quæ in præſenti Capitulo ex variis decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, ut ſuprà decerpta, conſtituta legguntur, promptam, & majorem habeant exequutionem: Mandat hæc noſtra Sancta Synodus, ut nemo admittatur in dicto Oppido ad poſſeſſionem curæ animarum Archipresbyteralis Eccleſiæ, nullus ſè Æconomus ad curam animarum latinorum, nec ullus ad Prebyteratus ordinem promoveatur, niſi prius per ipſos jurato de fidelitèr ſervandis, & ſervari faciendis, quantum in ipſis erit, contentis in præſenti Capitulo, prout quoque in *Inſtructione Clementis PP. VIII. 31. Auguſti 1595.*, & ſimilitèr

tot.

*tot.tit.*48.14,*Concil.Provinc.Benev.celebrati* 1693.ſub Sanctiſſimo Præſule, *Cardinali Urſino*, Archiepiſcopo Beneventano modo regnante Summo Pontifice, ſub nomine *Benedicti PP. XIII.*: Et ſi ſecus ipſo facto, ipſoque jure Archiprebyter, & Æconomus reſpectivè ſint ſuſpenſi ab adminiſtratione Sacramentorum, Presbyter verò à Celebratione Sacrificii Miſſæ, & ſuſpenſi ſic permaneant, donec, & quouſque dictum juramentum præſtiterint, & nobis ita in Domino viſum fuerit.

PARS II.

CAP. I.

De Sacramentorum Adminiſtratione.

I. QUod olim per Prophetam Ezechielem pollicitus fuerat Deus, effuſurum ſuper ſervos ſuos, & ancillas ſuas aquam mundam, qua emundarentur ab omnibus iniquitatibus ſuis: Hoc præſertim in Sacramentis, quæ ex Sacratiſſimo Chriſti Domini latere perforato ſupereffluxerunt, adimpleviſſe videtur; ſiquidem ea ſunt quædam veluti vaſa ſacra, quæ, ut declarat Sacrum Concilium Tridentinum (a) divinum illum gratiæ ſanantis, & ſanctificantis liquorem in sè continent, & ex sè diffundunt: Hi ſunt fontes illi Salvatoris ex quibus aurire poſſumus in gaudio aquam vivam, quæ fiat in nobis fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

II. Certè ſi bonorum illorum, quæ de ſurſum ſunt, & à Patre luminum deſcendunt juſti ſimus exiſtimatores, inter alia innumera nobis Cœlitus collata beneficia, Sacramentorum illorum inſtitutionem, & in ipſis Sacramentis divinæ charitatis exuberantiam, Religioſo in primis cultu ſuſpicere, & grato quantum poſſumus animo ſuſcipere debemus; nec non peculiari ſtudio diligentia, & affectu perdiſcendæ huic Cœleſti de Sacramentis doctrinæ incumbere eos oportet, quos Miniſtros ſuos, ac miniſteriorum diſpenſatores Chriſtus Dominus conſtituere voluit, & à quibus diſpenſationis illius rationem ſe aliquando exacturum eſſe conteſtatus eſt.

III. Sacramenta autem novæ legis de fide eſt certum, (b) eſſe ſeptem, nec plura, nec pauciora, ſcilicet, *Baptiſmum*, *Confirmationem*, *Eucharistiam*, *Pœnitentiam*, *Extremam unxionem*, *Ordinem*, & *Matrimonium*: ex quibus tria, quę imprimunt characterem, videlicet, *Baptiſmum*, *Confirmationem*, & *Ordinem*, abſque ſacrilegii labe iterari, non poſſunt.

IV. Et meminerint Parochi, aliique animarum Curatores, ut quotieſcumque aliquod Sacramentum (c) conficiendum eſt, antè omnia inſpiciant, an alicujus peccati mortalis ſibi conſcii ſint: & ſi ita ſe eſſe depre-

(a) *Seſſ.7.can.6.* (b) *Trid.loc.cit.can.1.* (c) *Rit.Rom.de Sacr.adminiſtr.verſ.quamobrem.*

deprehendant, vel dubitent, illud prius per confeſſionem ſacramentalem, ſi fieri poſſit, ſin minùs ſaltem contritionis actu illa expiare curent, ne mortiferis ſordibus inquinati, dùm aliorum conſulunt ſaluti, propriam negligant, ſed potius ſtudeant vita, & moribus ſe reddere irreprehenſibiles, ut omni tempore, eo quo decet animi candore, ad tantum adminiſtrationis munus parati inveniantur.

V. Et paritèr ſint benè inſtructi (*a*) in iis, quæ ad Sacramentorum eſſentiam, materiam, formam, & ipſorum Ritus obſervantiam pertinent, & in eorum adminiſtratione utantur ritibus, & cæremoniis præſcriptis à Rituali Romano juſſu fel. rec. Pauli PP. V., edito, quod ſempèr præ oculis habeant, & eis nihil addere, vel detrahere præſumant, aut verba immutare, præſertìm, quæ ad ipſam Sacramenti ſubſtantiam ſpectant, ſed ea cum debita attentione diſtinctè, & devotè pronunciabunt; & id ſibi ſempèr agere proponant, quod Chriſtus Dominus inſtituit, & Sancta Mater Eccleſia facere intendit.

VI. In unaquaque Eccleſia Parochiali, non ſolum habeant Parochi Rituale Romanum, non caſſum, non abraſum, non deturpatum, multoque minùs lacerum, & detritum, ſed etiàm veſtes, & vaſa Sacra, ac omnia alia, quæ prò ſingulorum Sacramentorum uſu, & adminiſtratione ſunt neceſſaria, & curent, ut ea debito Eccleſiaſticæ munditiæ nitore, ac puritate colluceant.

VII. Hilari vultu, & animo prompto (*b*) quacumque diei, aut noctis hora ad Sacramenta miniſtranda Parochi, & ii quibus animarum cura incumbit, ſi fuerint vocati, accedant, nullam tàm Sanctæ pietatis officiis, ſub pænis noſtro arbitrio reſervatis, moram interponentes: & ſi eorum negligentia, quempiam abſquè Sacramentorum adminiſtratione, aut etiàm commendationis animæ, pernеceſſario auxilio mori contigerit, ultrà graviſſimi ſceleris admiſſi reatum ſeveriſſimis pænis, arbitrio noſtro prò modo culpæ, etiàm carceris, & cenſurarum, punietur.

VIII. Ad excitandum autèm Sacramentorum cultum, & devotionem in ſuſcipientium animis, (*c*) Parochi ſæpè inter Miſſarum ſolemnia, vel quando ſibi meliùs viſum fuerit; & præſertim dum Doctrinam Chriſtianam edocent, illorum dignitatem, inſtitutionem, uſum, & fructus ex Cathechiſmo Romano, quem ſempèr præ manibus habeant materna lingua, & ad audientium captum explanent, proùt quoquè ſanctiores ceremoniarum ſignificationes.

IX. Nec omittant Parochi ſuis cohortationibus paſſim Populum admonere eorum, quæ ad illorum dignam receptionem, requiruntur, & quod ad ea, non accedant, niſi cum puritate conſcientiæ, & etiàm cum exteriori corporis habitu, qui humilitatem, & reverentiam piæ ſe ferat, & præſertim fœminæ (*d*) nunquàm admittantur ad Sacramentorum rece-

(a) *Can. noli. d. 11. can. ritus gradibus de conſecr. d. 1.* (b) *Trid. ſeſſ. 23. cap. 2. de reform.*
(c) *Trid. ſeſſ. 23. de ref. cap. 7. Rit. Rom. loc. cit. verſ. in Sacramentorum adminiſtratione*
(d) *Can. liceat. 8 qu. 1. c. in actione de conſ. d. 1. Rit. Rom. loc. cit. verſ. omnes autem.*

receptionem, ſi non habeant habitum modeſtum, & honeſtum, & velato capite: & eiiciantur omninò ſi pectora habuerint aperta, hoc enim caſu, non cenſentur diſpoſitæ, ſed quod potiùs velint facere mercaturam de carne ſua: Viros quoquè armis depoſitis, & non aliàs ad Sacramentorum ſuſceptionem ſe præſentare audeant; & aliàs Parochi ipſos à Sacramentorom receptione arceant.

X. Nullus Sacerdos (a) *exterus*, nequè de propri Parochi licentia, ſivè Secularis, ſivè Regularis ſit audeat in hac noſtra Diœceſi ſacramenta quæcumque ſinè Noſtra, vel noſtri Generalis Vicarii in ſcriptis obtenta facultate adminiſtrare, ſub pæna ducatorum decem, quoad Parochum, alioſquè animarum curatores, qui id permiſerint: carcerationis verò contrà exterum Sacerdotem, qui ea adminiſtrare auſus fuerit, aliiſque noſtro arbitrio contrà utrumque reſervatis, pęnis.

XI. Et monitos facimus omnes alios Sacerdotes, tùm Regulares, tùm Sæculares, qui nullam habent curam animarum, quod etiam, & ipſi, non ſatis coram Deo eorum partes adimplent, ſi ſolum Sacroſancti Sacrificii Miſſæ celebrationi incumbant, & divinum perſolvant penſum: omnes enim etiàm, & ſimplices Sacerdotes, ut ait Apoſtolus ad Romanos, ſumus vocati ad excolendam vineam Domini. Aſſiſtant ergò omnes ſupradicti, præſertìm de numero participantium, Parochis, & eos ubi poterunt, non autèm in adminiſtratione Sacramentorum ſinè noſtra licentia coadjuvent, prout ipſos ad id paternè, & enixè adhortamur, & quo ad participantes etiàm mandamus, debitam in Domino repromittentes repromiſſionem, Coronam gloriæ.

XII. In Sacramentorum adminiſtratione Parochi, & ii, quibus animarum cura, quocumquè titulo incumbere contingat, non quærant, quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti, & quæ ad animarum ſalutem magis conferunt: caveant proptereà à quacumque quæſtus ſpecie, nec prò eorum adminiſtratione quidquam ſub gravibus pœnis in variis ſacris Canonibus contentis, aliiſq; noſtro arbitrio reſervatis ab ullo petant.

XIII. Quo verò ad Sacra Olea, quæ unoque anno renovari debent, quomodò, & per quem debeant ea conſervari infrà diſponemus *hac ead. part. 2. cap. 6. num. 8. & seq.*

C A P. II.

De Sacramento Baptiſmi.

1. HOc Sacramentum, quod eſt Janua ad omnia alia Sacramenta, adeò eſt neceſſarium, ut ſinè eo nullo modo patere poſſit aditus ad Regna Cęlorum, *niſi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritus Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei*: ſufficit tamèn ad conſequendam vitam

(a) *Can. Eccleſiaſ. 13. qu. 1. can. interdicimus 16. q. 1. Conc. Lat. ſeſſ. 11. clem. unic. de Privileg. Greg. XV. in conſt. 18.* inſcrutabili.

vitam æternam, ſi recipiantur, ſi non in re per Baptiſmum fluminis, de quo Nos loquimur, vel ſanguinis, per martyrium, ſaltèm in voto, in quo conſiſtit baptiſmum flaminis, & ſi non habeatur, nequè in rè, nequè in voto nulla admittitur excuſatio, (*a*) & nec minus ignorantia quantumvis inculpabilis, & invincibilis, quæ poſt Evangelii promulgationem nemine quantum ad hoc allegari poteſt cum ſit neceſſarium neceſſitate medii.

II. Hinc eſt quod hoc Sacramentum Baptiſmi tempore neceſſitatis adminiſtrari poteſt (*b*) à qualibet perſona, etiàm ſi ſit infidelis, hæretica, aut quavis *cenſura* irretita, dummodò materiam neceſſariam adhibeat, quæ eſt aqua naturalis cum intentione faciendi, quod intendit, & facit Eccleſia, & debita verborum forma, quæ eſt: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Amen.

III. Ordo tamèn tali caſu ſervari debet, ut ſi Clericus ſit præſens, abſtineat laicus, & præſente viro, fæmina, illud, non adminiſtret quamquam in certis circumſtantiis, propter honeſtatem, decentius eſt, ut fęmina alijs præferatur in dicta adminiſtratione, quæ, ut plurimum fieri ſolet per obſtetrices præſentes, prout mandamus.

IV. Curent propterea omni diligentia Parochi, ut inſtruantur obſtetrices circà ea, quæ ſunt neceſſaria ad prædictum effectum, nempè, ut ſciant formam Baptiſmi, & quod præter eam, dùm infunditur aqua naturalis, requiratur intentio, ſi non actualis, ſaltem virtualis, & ſi Infans ſit baptizandus ſub conditione, quænam, & quotuplex ſit forma hujus conditionis: & tali de cauſa fęmina, antequàm hoc obſtetricis munus exerceat à proprio Parocho inſtruatur circà ea, quæ ad Baptiſmum in neceſſitate conferendum, ſunt neceſſaria.

V. Moneant inſuper Parochi obſtetrices, ut ſolum baptizent in articulo mortis, & ſi commodè fieri poterit coràm aliquo, vel aliquibus, ne ullus de Baptizati ſalute obrepere queat ſcrupulus: & obſtetricibus rudibus, & non idoneis repertis aſſiſtant, ut inſtruantur, & quolibet ſemeſtri eas examinent, & aliàs ubi opus fuerit ipſorum idoneitatem recognoſcant.

VI. Meminerit quicumque (*c*) in caſu neceſſitatis baptizat, poſſe quamlibet partem quantumvis minimam, (*d*) etiàm ſecundinis pellibus involutam, ut manum, pedem, digitum aqua abluere cum ſolita verborum forma, quod tamen poſteà ſub conditione repeti debeat, ubi infans ſupervixerit: regularitèr autèm pars, quæ ad ablutionem ſuſcipiendam ſufficit, caput, pectus fęmur eſſe putatur.

VII. Inquirant Parochi, (*e*) ſi Infans privatum baptiſma receperit,

D qua

(a) *Trid. ſeſſ.6. cap.4.* (b) *Cap. firmiter de Sum. Trinit. & fid. cat. Conc. Flor. in decr. Eug.* 18 *Rit. Rom. loc. cit. verſ. legitimus quidam.* (c) *Rit. Rom. loc. cit. verſ. nemo in utero.* (d) *Abelli in Medull. Theol. de Bapt. ſect.2, ſub num.4.* (e) *Cap. ad quaſ. cap. ſi vero de injectr. d. n. cap. ſi quis 1. d 1.*

qua forma, qua materia id fecerint, quam partem Corporis Infantis abluerint, ſi, & quam habuerint Baptizantes intentionem, & quo ritu, ut ſi aliquis deprehenſus fuerit error, vel ſi non fuerit benè baptizatus Cæremoniarum ſupplctione promptiùs corrigatur, vel ſub conditione, aut ex integro, prout caſus occorruerit infans baptizetur.

VIII. Verùm Infans Domi (a) in articulo mortis ritè baptizatus, ſi ſupervixerit deferatur ad Eccleſiam, ibique ſtatim ſuppleantur Cæremoniæ præſcriptæ in Rituali Romano à Parocho, & in Baptizatorum libro de hujuſmodi baptiſmo, & cæremonijs adhibitis, ſpecialis mentio fiat.

IX. Baptizentur (b) paritèr, ſed ſub conditione expoſiti Infantes, & ſi cum Schedula teſtimoniali de ſuſcepto baptiſmo fuerint reperti, & nomen tamèn expoſitorum, idem ſervetur, quod in Schedula notatur, & ipſius Schedulæ verba in libro baptizatorum referantur, imò, & ſigna cum quibus fuerunt reperti.

X. Solemnitèr (c) tamèn à ſolo Parocho, vel ab alio Sacerdote dè illius permiſsù, modo tamen quo ſupra diximus *Cap. præced. de adminiſtrat. Sacrament. num.* 10. conferatur citò; & in hoc ſeriò advertant Parochi, ſi aliquorum (d) natorum Parentes fuerint ſocordes, ut ſi ultrà viginti quatuor horas ab ortu Infantis, ſinè Noſtra, vel Noſtri Vicarij Generalis facultate Infantis baptiſmum diſtulerint ad Nos deferant, & pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ puniantur, & ſi quem culpa, vel negligentia Parochi (e) ſinè hoc Sacramento decedere contingerit, Parochus ipſo facto pœna ſuſpenſionis nobis reſervatæ ſubjaceat, aliis arbitrio Noſtro infligendis pœnis.

XI. Neutiquam Domi, ſed in Eccleſia Parochiali baptiſmatis Sacramentum adminiſtretur, (f) & qui extrà caſum neceſſitatis illud in aulis, vel Cameris, aut alijs privatis Domibus, aut alibi quam in ſua propria Eccleſia Parochiali, hoc eſt ipſius Infantis, ubi fons baptiſmalis aſſervatur, adminiſtrare auſus fuerit, Parochus, ſivè quivis Sacerdos ſit, tàm Secularis, quàm Regularis etiàm quomodolibet exemptus pœnam ſuſpenſionis à Divinis ipſo facto incurrat; & qui in hoc ſuam præſentiam exibuerint gladio excommunicationis, alijſque pœnis prò perſonarum qualitate, noſtro arbitrio reſervatis feriantur.

XII. Nunquàm de nocte hoc baptiſmatis Sacramentum adminiſtretur, ſed poſt ſolis ortum, & antè ejus occaſum ſub pœna ſuſpenſionis; conſultius tamèn eſt, ut fiat de mane, ubi nulla urgeat neceſſitas: Sanctorum nomina tantùm, (g) quæ ſunt deſcripta in Martyrologio Romano, & ab Eccleſia recognita, & non aliena baptizandis imponantur.

XIII. Plu-

(a) *Rit. Rom. hoc tit.* (b) *Cap. parvulos cum 3, ſeq. q. de conſecr. d. 4. cap. de quib. de Bapt.* (c) *S. C. C. 8. Feb. 1605. apud Monac. tit. 13. par. 1. nu. 40.* (d) *S. Clement. I. Epiſt. 4 & lib. 6. contr. cap. 15. Eug. IV. contr. 23.* cantate (e) *Can. quicumque, de conſecrat. d. 4.* (f) *Can. Clericos de conſecr. d. 1. clem. unic, de Bapt. Rit. Rom. h. c tit.* (g) *Cathechiſm. Rom. p. 2. cap. 2. hoc tit. Rit. Rom. loc. cit. verſ. quoniam & ijs.*

XIII. Plures ſponſores, (*a*) ſeù Patrini in Baptiſmo non adhibeantur, ſed unus, vel una, aut ad ſummùm unus, & una, quos admoneat Parochus ſtatim poſt collatum baptiſmum de contractu ſpirituali cognatione, ſeque fidejuſſores apud Deum conſtituiſſe prò illis, quos de Sacro Fonte ſuſceperunt, & quod, ut ait Aguſtinus (*b*) eos admoneat ut *Caſtitatem cuſtodiant, juſtitiam diligant, Charitatem teneant, & antè omnia orationem Dominicalem, Symbolum fidei, & prima Chriſtianæ Religionis rudimenta diſcant.*

XIV. Et Cognatio Spiritualis contrahitur in baptiſmo, (*c*) quæ impedit, & dirimit Matrimonium intèr baptizantem, & baptizatum, & Patrem, & Matrem baptizati; itèm intèr ſuſcipientem, & ſuſceptum, ejuſque Patrem. & Matrem: Quæ quidèm cognatio ſpiritualis, etiàm contrahitur dùm baptiſmus ſinè ſolemnitate (*d*) ob imminens vitæ periculum confertur intèr baptizantem, & baptizatum, ſivè fœmina, ſivè maſculus ſit baptizans: ac intèr baptizantem, & Patrem, & Matrem baptizati: Pater tamen, & Mater in eadem neceſſitate propr:um natum baptizantes, nullam contrahunt cognationem.

XV. Et tanquàm falſam, & erroneam damnamus eam propoſitionem, quæ non ſinè animi noſtri diſplicentia, ut inaudivimus per ora vulgi circumfertur, quod ſcilicèt, non contrahatur iſta cognatio ſpiritualis, ſi Sponſores, ſeù Patrini intentionem, non habeant eam contrahendi: Quippè qui, non ab eorum voluntate dependet, ut dictam ſpiritualem cognationem contrahant, vel non, ſed ab Eccleſiæ determinatione, quæ ſtatuit, ut intèr dictas perſonas ea contrahatur, ſi ſponſoris officium, in adminiſtratione hujus Sacramenti, Patrini, exerceant.

XVI. Non admittantur in Sponſores, & Patrinos (*e*) minores quatuordecim, ſi ſint maſculi, & duodecim annorum ſi ſint fœminæ: Itèm excommunicati: (*f*) interdicti: qui illo anno præcepto Paſchali, non ſatisfecerint: & qui inſtructi non fuerint circà ea, de quibus ſupra *part. 1. cap. 2., ubi de Doct. Chriſt. ſub num. 7.*

XVII. Nec admittatur, ad ſolemniter baptizandum, vel ad ſponſoris munus, quivis Regularis, (*g*) ſinè noſtra licentia, raro, & ex gravi cauſa in ſcriptis, gratis concedenda, & ſuorum Superiorum facultate: Nec ullus Sacerdos ſæcularis (*h*) Sponſorem, & Patrinum agat in adminiſtratione Sacramenti baptiſmatis, abſque noſtro expreſſo permiſſu, quem etiam teneatur Clericus quivis requirere ſub pœna ducatorum decem, piis uſibus applicanda.

XVIII. Parochi poſt collatum (*i*) baptiſmum ſeriò admoneant Pa-

D 2 ren-

(a) *Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 2. S. Pius V. conſt. 24.* cum illius (b) *Relat. cap. vos autem de conſecr. d. 94.* (c) *Trid. ſeſſ. 24. de refor. matr. cap. 2.* (d) *Cap. ad limitat. junct. gloſ. ult. 30. q. 1.* (e) *D. cap. vos autem de conſecr. d. 4.* (f) *Rit. R. in loc. ut verſ. ſciant.* (g) *Cap. Monachi. cap. non licet de conſecr. d. 4.* (h) *Quam plura Conc. Prov. apud D. Card. Petram ed. tom. 5. Hen. III. nu. 22.* (i) *Cap. relata de his, qui fil. occid. & an. conſult. 2. q. 5.*

Digitized by Google

rentes, ſivè Nutrices, ne Parvulos ſecùm in uno lecto antè completum ætatis annum ſinè repagulo retineant, ne per incuriam, ut paſſim accidit, quod ſinè intima cordis dolore, non inaudivimus opprimantur, & ſuffocentur, & ſi ſecus beneficium abſolutionis à tali facinore nobis reſervamus.

XIX. Mandamus inſupèr, ut in Eccleſiis Parochialibus (a) ſolemni ritu bis in anno fontis baptiſmalis benedictio perſolvatur, utroque ſcilicèt Sabbato antè Sacratiſſimum Paſcha, & Pentecoſten, & alias privatim Parochorum arbitrio, ſi opus fuerit; & Parochi, non ſint contenti, ſi tantùm ſemel in anno id peragant contrà diſpoſitionem Sacrorum Canonum, quod ſi ſecus pœna ducatorum decem in beneficium Pauperum locorum mulctentur.

XX. Et tandem meminerint Parochi, (b) quod ubi opus fuerit monitas faciant mulieres, ut poſt quam à recenti partu convaluerint ad Eccleſiam Parochialem ſe conferant, ad reddendas Deo gratias, & Beatæ Mariæ Virgini, quæ hoc humilitatis exemplum reliquit. Necnon ad recipiendam à proprio Parocho benedictionem juxtà piam, & laudabilem noſtræ Diœceſis conſuetudinem ad formam Ritualis Romani, & ſatis ſit ſi tantum id fiat poſt primum partum.

C A P. III.

De Sacramento Confirmationis.

I. CHriſtus Dominus hoc Sacramentum inſtituit ad ſuos fideles roborandos in fide; & licet (c) non ſit ad ſalutem neceſſarium, inculpabilitèr tamen differri, aut prætermitti, non poteſt, ut ſeptiformem Spiritus Sancti gratiam, recipientes, hoc novo, virtutis, robore perfecti Chriſti Milites, & firmiores evadant;

II. Ejus enim proprius, & peculiaris effectus ultrà characterem, quem indelebitèr in anima imprimit eſt complementum, & perfectio gratiæ baptiſmalis, & auxilium quoddam ſpeciale actualis gratiæ tempore opportuno conferendum ad Chriſti fidem interiùs contrà quaſcumque tentationes fidelitèr retinendam, & exterius in quibuſvis caſibus, etiam cum diſcrimine vitæ ſi neceſſarium ſit fortitèr profitenda: ſcribit enim Sanctus Melchiades Papa in Epiſtol. ſua decret. ad Epiſcopos Hyſpaniæ: *Spiritus Sanctus ſupèr aquas baptiſmi ſalutiſero deſcendit illapſu in fonte, plenitudinem tribuit ad Innocentiam: in Confirmatione augumentum præſtat ad gratiam:* Et quia in hoc Mundo ætate tota victuris inter Oſtes, & pericula gradiendum eſt, (d) in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam, in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur.

III. Hinc

(a) *Con. non ratione*, & ſpertim *de conſecr.* (b) *Con. S. Carol. t. 2. quæ pertinent ad Bapt.* (c) *Cap. ut jejuni de conſecr.* (d) *S. Hilar. Arelat. In Serm. de Pentec.*

III. Hinc quos oportet monitos facimus quanta reverentia, (*a*) quà animi devotione Sacramentum hoc recipi debeat, & quæ cura adhibenda ſit, ne præparationis defectu obex aliquis ponatur ejus gratiæ intèr tot pericula, & Oſtes adeò neceſſarium: & hac de rè curent Parochi poſt quàm certiores fuerint facti de tempore, & loco ubi hoc Sacramentum ſit adminiſtrandum Populum inſtruere, quæ ad rite, & validè illud ſuſcipiendum requirantur: & præſertim confirmandi. (*b*) ſi uſu rationis aliquo modo polluerint, Sacramentalem Confeſſionem præmittant, & ſi per ætatem id liceat, etiàm Euchariſtiæ Sacramento reficiantur.

IV. Curent inſupèr Parochi, (*c*) ut confirmandi ad ſe accedant privatìm inſtruendi, atque examinandi: & ſi idonei reperiti fuerint, fidem, ſeù cartellam idoneitatis gratis ipſis concedant: & in eadem cartella deſcribantur nomina, & cognomina ipſius confirmandi, Patris, & Matris, ac Patrini, ſeù Matrinæ: nec aliter coràm Nobis ſe præſentare audeant confirmandos, & dictas cartellas volumus conſignari noſtro cæremoniarum magiſtro.

V. Advertant confirmandi, ac Patrini, & Matrinæ, ut coràm Nobis hoc Sacramentum miniſtrantibus, non confuse & inordinatè, ſed ea qua decet reverentia ſiſtant: & fœminæ omninò à maſculis ſeparatæ: Nullus audeat, & præſertìm Puellæ, & Matrinæ, minus honeſto corporis ornatu ad hoc Sacramentum accedere, & arceantur omninò, qui in corporis cultu, ſivè laſciviam, ſivè vanitatem redoleant.

VI. Maſculi: (*d*) non admittantur ad ſuſcipiendas fœminas, nec fœminæ ad ſuſcipiendos Maſculos, & id propter honeſtatem, & juxtà Sacrorum Canonum diſpoſitionem: Sit tantùm unus, vel una: Nec eadem die abſque Noſtra licentia ullus plures, quàm unum, vel duo præſentare audeat: Et inſuper admoneantur per Parochos intèr ipſos eandem contrahi cognationem (*e*) Spiritualem, quæ in Baptiſmo contrahitur: At Parochi nomina confirmatorum Parentum, & Patrinorum eodem tempore, quo illud adminiſtratur, deſcribatur in ſolito libro; Et niſi accepta ab Epiſcopo benedictione, confirmati ab Eccleſia, non diſcedant.

VII. Patrini, & Matrinæ ſint natu majores (*f*) iis, quos in confirmatione tenent: nec admitti volumus in Patrinos, & Matrinas, qui hoc Sacramentum, non dum receperunt, nec alii, quos ab eodem munere repelli mandavimus in adminiſtratione Sacramenti Baptiſmatis *c. præc. 3. n. 16. & ſeq.*

C A P. IV.

De Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento

I. UT aliàs Regius Propheta pronunciaverat in hoc Sanctiſſimo Sacramento Chriſtus Dominus *fecit memoriam mirabilium ſuorum,* in

(a) *Catechiſ. Rom. p. 2. c. 3. Tertull. lib. de reſur. c. 8.* (b) *Cit. cap. ut jejuni. d. conſecr. d. 7.* (c) *Vide Monacell tit. 5. for 3. n. 9.* (d) *S. Carol. in inſt. ac confir. de Patr. §. id denique & §. nem.* (e) *Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 2. in fin.* (f) *Can. in baptiſ. de conſ. d. 4 Conc. lat. Illegia cap. ead. n. 144.*

in quo, non tantùm ſapientiæ, & ſcientiæ, ſed & poteſtatis; miſericordiæ, charitatis, & omnium aliarum divinarum perfectionum Theſauros omnes recondidit: Undè mirum non eſt, ſi nullum ſingulare nomen excogitari potuit, quod infinitam ejus, excellentiam exprimeret, ſed varia, & diverſa vocabula paſſim à Sanctiſſimis Patribus adhibita reperiuntur, quibus adumbratur utcumque, non quod omninò tanti miſterij explicetur dignitas.

II. Quandoquè enim ex Sancto Auguſtino vocatur *Sacramentum Corporis, & Sanguinis Chriſti*, ab ipſa re, quam in sè continet: Aliquando *Sacramentum Altaris*, ex eodem Auguſtino, à loco in quo conficitur: Aliquandò *Sacramentum fidelium*, ab iis, quorum gratia inſtitutum eſt, ex Sancto Auguſtino: Aliquando ex *Sancto* Cypriano, *Panis ſuperſubſtantialis*: *Panis* nempè ob accidentia, quibus tegitur, exterioia: *Superſubſtantialis*, propter divinam, & vivificam, quæ ipſi ineſt virtutem.

III. Aliquando *Communio* nuncupatur, ex Sancto Damaſceno, propter unionem perfectam, & ineffabilem; quam intèr Chriſtum Dominum, ut Caput, & Eccleſiæ fideles, ut ejus membra, efficit: Aliquando *Sacra Synnaxis*, ex eodem Damaſceno, propter Religioſum fidelium conventum in ſolemni hujus Sacramenti celebratione fieri ſolitum: Aliquando, ut in Concilio Niceno 1. *Viaticum*, dicitur, eo quod illius virtute in hujus vitæ peregrinatione; & præſertim in ultimo ad æternitatem tranſitu, ſubſtentamur.

IV. Præceteris tamen, uſitatiſſimum in Eccleſia eſt nomen *Euchariſtiæ*, quod *bonam gratiam* ſignificat, vel *gratiarum actionem*: idque potiſſimum ad deſignandum, Nos in hoc Sacramento uberrimas gratias, imò ipſum gratiarum authorem in Nobis recipere, & per idem Sacramentum acceptiſſimas Deo gratias, ut dicitur in Cathechiſmo Romano, poſſe referre: quocumque tamen Euchariſtia, appelletur, nomine, ſemper Sacramentum illud intelligitur, quod à Chriſto Domino in ultima Cæna inſtitutum eſt, in quo ſub ſpecie panis, & vini, vere realiter; ac ſubſtantialiter ejuſdem Chriſti Corpus, ut in Concilio Trindentino(*a*) expreſsè definitum eſt, continetur.

V. Ad hoc autèm, ut quiſque (*b*) hoc Sacro Convivio dignè perfruatur, ſæpius Parochi Populo explicent intèr Miſſarum ſolemnia, & ubi, aut quò fructuoſius, ſibi, viſum fuerit, qua animi præparatione, quavè Religione, qua pietate, & quo corporis habitu ad illud accedendum ſit exponendo omnia alia quæ in Catechiſmo Romano tractantur, lingua tamèn Materna, clara, omninò; & ad audientium captum, & ſic Populum, plebemque ſibi commiſſam diligenter inſtruant, & in eo erudiant.

VI. Et quamquam certò certiùs ſit, quod nullæ creaturæ puritas, aùt Sanctitas, quantumcumque ſit, infinitæ hujus divini Sacramenti digni-

(*a*) Seſſ. 13. Cap. 1. & 2. (*b*) Catechiſ. Rom. p. 2. cap. 1. de Sacr. in gen.

gnitati, & excellentiæ promerito reſpondere queat; Illa tamen eſt divinę in Nos Clementiæ benignitas, ut nullum certum puritatis, aut Sanctitatis gradum ad dignam illius participationem, præſcripſerit, ſed id uniuſcujuſque liberæ voluntati permiſerit, ita tamen ut quis verè à peccato mortali emundatus, & per gratiam Sanctificatus exiſtat etiam ſi quaſcumque animi ægritudines, aùt pravos affectus in ſe perſentiat, modo iis non conſentiat, licitè ac fructuosè ad Sacram Euchariſtiam accedere poſſit.

VII. Et licet parvuli poſt baptiſmum verè ab omni peccato, tùm originali, tùm actuali emundati, & per gratiam baptiſmalem ſanctificati exiſtant: Parochi tamen ad hujus Sanctiſſimi Sacramenti participationem, eos non admittant, (a) niſi ad rationis uſum pervenerint: & poſtquam ad uſum rationis pervenerint, non prius ad hoc Sacrum Convivium accedant, quam ab eiſdem Parochis prævio examine facultatem obtinuerint.

VIII. Qua autem ætate cenſeantur pueri, ad uſum rationis perveniſſe, ut ipſis Sacramentum hoc adminiſtrari queat, nihil ſuper hac rè, generatim definire audemus: In aliis ſiquidem tardiùs, & in aliis citiùs rationis uſus exoritur, & ſic Parochi, eorum indolem conſiderent, & advertant, neceſſum, non eſſe, ut ii pleno, ac perfecto Iudicio polleant, ſed ut ait Doctor Angelicus, (b) ſufficit ſi talem rationis uſum habere incipiant, quo actum fidei circà hoc Sacramentum elicere, & devotum aliquem affectum concipere valeant.

IX. Et propereà advertant Parochi, Parentes, & Confeſſarii, quod peccant, qui ex eorum incuria primam puerorum Communionem, nimis diù differunt, quod Sanctus Franciſcus Saleſius Epiſcoporum Gemma in ipſo rationis crepuſculo ad Chriſtum Dominum volebat in hujus Sacramenti participatione pueros adduci, ut illius gratiis irrorati, tanquam novellæ olivarum in circuitu menſæ Domini adoleſcerent, & eo confortante, baptiſmalem innocentiam faciliùs, & conſtantiùs cuſtodirent.

X. Et quoad amentes (c) baptizatos, iis qui ſemper rationis uſu caruerunt, non eſſe adminiſtrandum: & ſi eo, non ſemper caruerunt, tunc ſi prius cum eſſent rationis compotes, apparuit in ipſis, hujus Sacramenti aliqua devotio, eis in Articulo Mortis adminiſtrari volumus, niſi fortè expulſionis periculum, vomitus, aùt alteriùs irreverentiæ, ſtimulus timeatur: Et iis, qui non omninò amentes ſunt, ſed debilem tantum habent rationis uſum, non eſt hoc Sacramentum omninò denegandum, ſed prò diſpoſitionis ratione ipſis adminiſtrandum.

XI. At publici peccatores, (d) ut ſunt blaphſemi, concubinarij publici

(a) *Nec illos Trid. obligat. Seſſ. 21. cap. 4.* (b) *Infracit. in reſponſ. ad 3.* (c) *S. Th q. 8. ar. 9. Conc. Cartag. Can. 76. Rit. Rom. de Sacr. Euch.* (d) *Can. prò dilectione Can. ſcenicis d. 2. & alibi de pœn. & remiſſ.*

blici uſurarij, meretrices, infames manifeſti, Eccleſiaſticis cenſuris innodati, notorie interdicti, aliique hujus generis à Sanctiſſimi Chriſti Domini Corporis ſusceptione arceantur omninò, uſque donec ſublata fuerint impedimenta, & niſi priùs verè Pænitentiæ certâ dederint ſigna: Prout arcendi ſunt etiam conjuges ſinè legitima cauſa cohabitare retractantes, prævia tamèn Noſtra, Noſtrive Generalis Vicarij participatione.

XII. Curent autem Parochi, aliique animarum curatores, ut hoc ſaluberrimum, ac divinum Convivium Populus ſibi commiſſus frequentet: Indignum (*a*) quippè eſt nomini Chriſtiano, ut ad illud, quo divinæ dignitatis participes efficimur, invitati, venire, non feſtinent: Et maximam adhibeant diligentiam, ne quis in Paſchate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, hoc Eccleſiæ præceptum adimplere omittat, ſed quod potiùs quiſque *in propria Parochia*, ac *de propria Parochi manu* reficiatur omninò, prout diſponitur in Can. omnis utriuſque ſexus, *de pænit. & remiſs.*

XIII. Quodque, ut ſaltem tali tempore Paſchatis, propriæ oves, ut dicitur in præcitato Canone, proprium Paſtorem agnoſcant, (*b*) caſu veræ neceſſitatis dumtaxàt excepto, ipſis Parochis, & Archipresbyteris expreſse interdicimus, ſub pænis contentis in Sacris Canonibus, aliiſque Noſtro arbitrio reſervatis, ne quibuſvis facultatem impertiantur huic Eccleſiaſtico præcepto alibi, quam *in propria Parochia*, & *de manu proprii Paſtoris* ſatisfaciendi: & Parochiani, qui id alias attentare præſumpſerint reputentur, ac ſi prò eo anno huic præcepto Eccleſiaſtico, non ſatisfecerint: & ad talem effectum intrà tempus Quadrageſimale, ubi opus fuerit, Parochi intèr Miſſarum ſolemnia, omnes de Eccleſiæ præcepto, ad quod quiſque tenetur Communicandi ſe in Paſchatæ Reſurrexionis *in propria Parochia*, & *de manu proprij Parochi* moneant.

XIV. Et quod alias, qui prædictum Eccleſiæ præceptum Communicandi ſe in Paſchatæ, hoc eſt *à Dominica Palmarum*, *uſque ad Dominicam in Albis incluſivè*, (*c*) adimplere non curaverit, volumus, ut pænam contentam in præcitato Canone *omnis utriuſque ſexus*, ipſofacto, ipſoque jure incurrat: Nimirùm, quod vivens, ab ingreſſu eccleſię arceatur, & moriens, Eccleſiaſtica careat ſepultura, proùt ad declaratoriam deveniemus per Cedulonum affixionem contra eos nominatim, qui tranſacto prædicto tempore contumaces reperti fuerint, nempe, qui non sè communicaverint præallegato tempore *in propria Parochia*, & *de manu proprij Parochi*, Nobis reſervatis juribus procedendi etiam ad Excomunicationis pænam (*d*) contra eoſdem, quatenus ita Nobis in Domino expedire viſum fuerit.

XV. Ad

(a) *S. Jo: Chriſoſt. hom. 60 ad Popul. antioch.* (b) *S.C.C. pluries apud Monac. in decret. de com. quotid. n. 16.* (c) *In hoc conſiſtit preceptum Paſchale ad hunc effectum, ut declaravit* Eug. IV. in ſua Conſtit. *fide digno.* (d) *S.C.C. apud Fagnanum cap. omnis utriuſque ſexus de pæn.*

XV. Ad evitandas autem fraudes, quæ à perſonis propriæ ſalutis immemoribus, committi ſolent, ut non virtutis amore, ſed ad declaratoriam Cenſurarum unicè effugiendam hac Sacra veſcuntur Synnaxi: Ut hoc præceptum ab omnibus inviolatè ſervetur, mandat hæc Noſtra Sancta Synodus, ut Parochi extradant communicatis ſchedulas per ſe, vel per Sacerdotem, ſibi benè viſum, qui ſicut eas fideliter cuſtodire, ſic rectiùs diſpenſare teneatur.

XVI. Et tranſacto Paſchatis tempore, exigant Parochi Schedulas Communionis, quas vocant ab iis, quibus fuerunt extraditæ, ad hoc ut collatione facta cum notula Communicandorum in ſua Parochia, quam præmittere debent ex ſtatus animarum libro, quem formabunt initio præcedentis Sacratiſſimæ Quadrageſimæ; moneri poſſint, qui eidem præcepto, non ſatisfecerint, & ad Nos, vèl ad Noſtrum Vicarium Generalem ſub pæna ſuſpenſionis à Divinis Contumaces ſtatim eodem tempore tranſacto deferre teneantur, ut contra eos ad declaratoriam nomina, & cognomina, Curia Noſtra procedere poſſit.

XVII. Qui verò in Paſchate, non communicantes ab aliis doloſè accipiunt Schedulas, ſeù Cartulas prædictas, ut Parochum decipiant, fidem eidem exhibendo de peracta communione, & illi qui eaſdem non communicantibus, quomodocumque accomodant in fraudem, ſint excommunicati.

XVIII. Non excuſantur ab annuæ Communionis (*a*) præcepto, nequè carceribus detenti, nequè adverſa valetudine decumbentes: & hi omnes à Parocho ſæpius viſitentur, & ubi opus fuerit, eos admoneat, ut hoc Eccleſiaſticum præceptum adimpleant: Quod ſi diuturno morbo (*b*) conflictentur, curent Parochi, proùt diſponitur in Rituali Romano de Cura Infirmorum, ut hoc Sacramento ſingulis ſaltèm menſibus reficiantur.

XIX. Euchariſtia (*c*) in hac Noſtra Cathedrali, proùt quoquè in Parochialibus, & Conventualibus Eccleſiis dumtaxat, aſſervetur in Pixide argentea cum ſuo Cooperculo, intus ſaltèm auro linito, & ſerico albi coloris Conopeo contecta in Tabernaculo (*d*) decenter elaborato, extrinſecus, vel auro, vel aliis prætioſis ornamentis inſignito, cum ſuis Conopeis, quæ mutari debent prò temporum varietate, & à parte inferiori, ſericis tegumentis ornato, & etiam ſtratum ſit Corporali mundo Tabernaculum.

XX. Et ſuper dicto Corporali (*e*) intus dictum Tabernaculum erunt duæ Sacræ Pixides, non una, quarum minor ad Euchariſtiam ad Infirmos deferendum inſerviat, major verò particulas, Populo Communicaturo miniſtrandas ſervet: & prò qualitate temporum ſemel, vel bis in hebdomada, ne indecenti corruptioni ſubjaceat, mutari mandamus: Sit

(a) *Cap. ſeraenit. de conſecr. d. 2.* (b) *Rit. Rom. de com. infir.* (c) *Cap. 1. de Cuſtod. Euchari.* (d) *Cap. ult. de Cuſt. Euchar.* (e) *Cap. tribus de conſecr. d. 2.*

Tabernaculum ſempèr munitum ſua clavicula deaurata, quæ ad præſcriptum *Sac. Conc. Lateranenſis* in Eccleſiis Parochialibus à ſolo Parocho cuſtodiatur, & ſub graviſſimis pœnis mandamus, prout quoque ſeveriſſimè punietur Parochus, qui illud apertum reliquent, aliiſque pœnis contentis *in cap. unic. de Cuſtod. Euchar. relat. in literis Sacr. Congr. Epiſcoporum & Regularium de ordine Innocentij PP. XIII.*, omnibus locorum Ordinariis intimatis *die* 8. *Januarij* 1724., quas hic tranſcribere prò quorum intereſt notitia, mandavimus, ut ſequitur.

Emo, e Rmo Sig. mio Oſſermandiſs.

I furti empj, e ſacrilegbi delle Sacre Piſſidi, & Oſtenſorj, o colle Sacroſante Particole, o Oſtiè conſecrate, o ſenza di eſſe, quali in alcuni luoghi ſono ſocceſſi, anco per la facilta, e comodo, che alle volte ai rei somminiſtra la ſomma, e colpoſa incuria di quelli a' quali è commeſſa la Cuſtodia della Santiſſima Eucbariſtia, e de Sacri vaſi in cui ſi conſerva; hanno moſſo l'Apoſtolico zelo della Santità di Noſtro Signore Papa Innocenzo XIII. a comandare, che per mezzo della Sagra Congregatione de Veſcovi, e Regolari ſi ſcriva la preſente lettera circolare a tutti gli Ordinarj de luoghi, come altresì ſi faccia ordine eſpreſſo a Superiori Generali de' Regolari per l'oſſervanze dell'infraſcritte determinazioni; acciò dove è ſocceſſo un tanto misfatto, ſi prendano le dovute precauzioni per l'avvenire; e que' luoghi, ne' quali per la Dio grazia non vi è accaduto, ſi preſervino da tali Sacrileghi delitti; Si compiacerà pertanto V. E. in eſecuzione degli ordini Pontificij con ſuo Editto, o notificazione da affiggerſi nelle Sacriſtie colle forme, ed eſpreſſioni più efficaci raccomandare, ed ordinare à Parochi, Rettori, Sagriſtani, o ad'altri à quali reſpettivamente ſpetta la diligente Cuſtodia de Sacri Tabernacoli colla retenzione de chiavi appreſſo di ſe, ò in luogo ſicuro ſotto altra chiave ben' cuſtodite; talmente che ſe in avvenire ſoccederanno ſimili furti ſenza violente frattura de Sagri Tabernacoli per incuria, e negligenza de Parochi, Rettori, Sagriſtani, ò d'altri come ſopra, ed'in ſpecie, ſe aveſſero laſciati li Tabernacoli aperti colle chiavi nell'uſcio di eſſi, ò in Sagriſtia, ò in altro luogo, ove comodamente ſiano ſtati preſi da detti Sagrileghi Delinquenti, ſi procederà contro i Parochi, ò Rettorii, ò Sagreſtani, ò contro qualſivoglia altro à lui reſpettivamente ſpetti la Cuſtodia, anco in eſequzione del cap. unic de Cuſtod. Euch. *irremiſibilmente, e ſenza altro Proceſſo alla pena della Carcere, o ad' altre ancora, ad arbitrio ſecondo la qualità della negligenza, e colpa, colla privazione perpetua dell'Offizio de Sagriſtani: E per li Regolari, anche della voce attiva, e paſſiva; Se poi ſi laſciaſſe per negligenza, & incuria non bene cuſtodita la Santiſſima Eucariſtia, ancorche furto, ò Sacrilegio alcuno non ſeguitaſſe, reſtaranno non dimeno i Rettori, ò Parochi, ò Sagreſtani, ò altri à quali ſpetta la Cuſtodia, come ſopra ſottopoſti alla pena della ſuſpenzione dall'offizio per trè meſi, come ſi preſcrive nel detto* Cap. unic. de Cuſtod. Euchar.: *In oltre ſi compiacerà V. E. dichiarare in detto Editto, ò notifica-*

zione

zione che alle pene preſcritte ſaranno ſoggetti i Parochi, o Rettori, o Sagreſtani delle Chieſe, ò chiunque ſiaſi Cuſtode della Santiſſima Eucariſtia, ancorche da altro Sacerdote, contro del quale anche ſi doverà procedere alle medeme pene ſi laſciaſſero i Santi Tabernacoli aperti, ò le Chiavi di eſſi in luogo non ſicuro appartenendo alli ſteſſi Parochi, Sagreſtani, ò ad'altri cuſtodi la diligente cuſtodia della Santiſſima Eucariſtia, e de Santi Vaſi, ed'eſſi devono nel fine de Divini Offizij inviolare, che reſtino ſotto la cura, e dovuta cuſtodia. E colla preſente queſta Sagra Congregazione communica a lei le facoltà neceſſarie, ed opportune, acciò poſſi procedere per le dette cauſe, contro i Regolari alle pene come ſopra preſcritte, cumulativamente però colli Superiori Regolari, à quali anche ſi da la medema incumbenza, contro li loro ſudditi Regolari, con dare poi ella l'aviſo di tal proceſſura ſeguita contro eſſi Sagreſtani, o altri come ſopra à queſta Sagra Congregazione, lo ſignifico all'E.V., e le bacio umilmente le mani. Roma 8.Gennaro 1724.

Di V. E.

Umiliſſimo, e devotiſſimo ſervidore,
F.Cardinal Paulucci.

V. Arciveſcovo di Damaſco Segretario.

XXI. Habeatur (*a*) ſemper tàm de die, quàm de nocte lampas collucens antè Altare Sanctiſſimi Sacramenti, aliàs graviter punientur, qui ad id ſive ex officio, ſivè ex commiſſione tenentur, etiam ſi ſint Regulares, & quomodolibet exempti, contra quos tali caſu authoritate, qua in his fungimur Apoſtolica procedemus: Hic enim certè magnæ irreverentiæ defectus eſt, cui non ſuppletur ſi fortè lampas ardens die, noctuque retineatur in Choro è cospectu Tabernaculi, in quo hoc Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſervatur, quia retineri debet propè, & ante Altare Tabernaculi, proùt mandamus.

XXII. Prohibemus (*b*) etiam in propriis Eccleſiis Regularium Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publicè adorandum exponi, & multo minus illud proceſſionalitèr circumferri, niſi ex cauſa publica, quæ à Nobis, vèl Noſtro Vicario Generali dumtaxat probata ſit: Ex cauſa autem privata poſſint Regulares, non autem Parochi, dummodò Sanctiſſimum Sacramentum è Tabernaculo, non extrahatur, & velatum remaneat, ita ut ipſa Sacra Oſtia videri, non poſſit.

XXIII. Et cum expoſitionem Sanctiſſimi Sacramenti publicæ venerationi haberi conceſſerimus, volumus, ut fiat in Altari majori, ſeù principali Eccleſiæ, non autem in lateralibus, & ſempèr ardeant ad minus duodecim Candelæ ceræ albæ, & competentis ponderis in eodem altari: Perpetuò tamen volumus in poſterum quolibet anno publicè venerationi hoc Auguſtiſſimum Sacramentum exponi, & quidem ſolemnitèr in Noſtra Cathedrali, & in omnibus Eccleſiis Parochialibus No-

(a) *a.cap.ult.de Cuſt.Euc.* (b) *ut prohibet S. R. C. pluries apud Nicol. in floſc. verbo Euchariſtia num.23.*

ſtræ Diæceſis, tribus ultimis diebus carnis privij, hoc eſt die Dominica, die Lunæ, & die Martis, à mane, & per totum Completorium ſumptibus Noſtrarum Venerabilium Cappellarum, aut eorum, qui ad id de jure tenentur, & juxtà ſolitum.

XXIV. Præces verò, & orationes quæ cantari debent in principio expoſitionis Auguſtiſſimi Sacramenti, & immediatè antè ejus expoſitionem eædem ſint, quæ hactenus ſervatæ fuerunt, & ſemper de ſero ante repoſitionem cantentur Litaniæ de Beata Maria Virgine.

XXIV. Et quoties publice venerationi exponitur Venerabilis Oſtia in miſſis privatis, dicatur oratio *de Sacramento*, proùt in rubrica: In miſſis verò cantatis ſolemnibus, ſi hujuſmodi expoſitio fieri contingat in Cathedrali, ſi id accidit in feſto primæ, vel ſecundæ claſſis, ſivè in Dominica privilegiata, primæ, vel ſecundæ claſſis, tunc in Cathedrali, vel duæ cantentur miſſæ, (*a*) una de feſto, ſeù Dominica, poſt tertiam, altera votiva de Sacramento poſt nonam, vèl una cantetur de die cum commemoratione Sanctiſſimi Sacramenti: In miſſis tamèn privatis dicta Oratio *de Sacramento*, erit emittenda in feſtis primæ, & ſecundæ claſſis (*b*).

XXVI. Nunquam celebretur miſſa, quàm ſolemnis in altari, ubi fieri contingerit expoſitio Auguſtiſſimi Sacramenti; Et in miſſis privatis quæ celebrantur durante expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti, prohibemus tangi tintinnabulum in elevatione, & celebrari miſſas (*c*) de *requie* prout prohibemus in quibuſcumque miſſis, de *requie* prout ſivè privatis, ſivè cantatis, Sacram Communionem Chriſtifidelibus diſtribui (*d*).

XXVII. Hortamur omnes, & quoſcumque, & præſertim Eccleſiaſticos, tùm Sacerdotes, tùm in Sacris Conſtitutos, & Clericos quoſvis, ut cum omni pietate, & religione expoſitioni Sanctiſſimi Sacramenti aſſiſtant, ſaltèm duo de continuo propriis veſtibus eorum dignitati, & gradui induti, genuflexi, per turnum, & circumſtent ante Menſam Domini Salvatoris Noſtri, & ubi non fuerit numerus ſufficiens, per confratres cum propriis Saccis venerabilium Confraternitatum Sanctiſſimi Sacramenti, juxtà directionem horarum, per Archidiaconum in hac Noſtra Cathedrali, & in aliis locis per Archipresbiteros, & Parochos faciendam ſuppleatur.

XXVIII. Non ſinè animi noſtri ſolatio conſpicimus cultum qui circà Sanctiſſimi Sacramenti delationem ad infirmos in hac Civitate ſervatur, in qua revera Religio, & Chriſtifidelium pietas maximè elucet, & ad quod propagandum Romani Pontifices illud aſſociantes variis Indulgentiis, multiſque Privilegiis, & immunitatibus cumularunt: Quapropter plurimum eorum zelum, quèm hactenus circa id ſervarunt commendamus, & in aliis locis, ubi fortè non dum fuit promotus excitamus, & ubique, tùm in Auguſtiſſimi Sacramenti delatione, tùm in communi-

(a) *S.R.C. 13. Feb. 1666.* (b) *Ead. S. R. C. 2. dec. 1684.* (c) *Ead. S. R. C. 2. dec. 1684.* (d) *Gavant in rubr. miſſ. p. 2. tit. 10. num. 6. lit. H.*

municandis Infirmis cæremonias, & ritus à Rituali Romano præſcriptos omninò ſervari mandamus.

XXIX. Parochi verò, quibus ſpecialis cura incumbit, omnem adhibeant diligentiam circà prædictorum obſervantiam, & adhortamur omnes alios Sacerdotes, & permaximè Clericos, Subdiaconos, & Diaconos, quod ſemper aſſocient hoc Auguſtiſſimum Sacramentum, & eorum ſit hæc ſpecialis cura, Clericorum præſertim, ut ad Eccleſiaſticorum exemplum Populus paritèr ad eandem aſſociationem reddatur alacrior, & magis inflammetur.

XXX. Prohibitum tamen volumus ſub pæna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda mulieribus omnibus, nè illud noctis tempore, hoc eſt à pulſatu ad pulſatum Campanæ, qui fit de ſerò, & de manè prò Salutatione Angelica, aſſociare audeant, ſed potiùs cum pulſatum Campanæ prò ejuſdem Sanctiſſimi Viatici delatione audierint, eidem Sanctiſſimo Sacramento corde, & animo ſe humilient, & preces prò ſalute infirmi, ad quem Sanctiſſimum Viaticum deferri contigerit, Deo effundant, prout quoquè ſub eadem pæna eos arceri volumus ab omnibus Proceſſionibus, quæ fiunt de nocte, præſertim *fer. v.* in Cæna Domini, & ab eiſdem Eccleſiis paritèr arceri volumus de ſerò poſt Salutationem Angelicam; & antè Salutationem Angelicam de mane, quas nec minùs ſub prætextu, quod Sanctiſſimum velint venerari, Sacriſtæ dicto vetito tempore, permittant ibidem ſub pæna ducatorum decem.

XXXI. Quoniam autèm perſpectum, cum habeamus, quod in aliquibus Eccleſiis Parochialibus Noſtræ Diœceſis deferatur Sanctiſſimum Sacramentum in Pixide humerali cooperta in Proceſſionibus, quæ fieri ſolent Dominica tertia cujuſcumque menſis, & quod eadem Proceſſio tertia Dominica cujuſcumque menſis in aliis Eccleſiis Parochialibus ejuſdem Noſtræ Diœceſis negligatur omninò, contra id quod in toto Orbe terrarum, tàm ſpeciali cultu introductum conſpicitur: Mandamus propterea, ut in poſterum in omnibus Eccleſiis Parochialibus ſupradictis ea prorsùs habeatur Dominica tertia cujuſcumque menſis poſt miſſam ſolemnem per circuitum Eccleſiæ, vel per Plateam ejuſdem, cum delatione Sanctiſſimi Sacramenti in Tabernaculo parvo, atque geſtatorio, ſeù oſtenſorio ex auro, vel argento, eoque certis locis inaurato, vel ſaltem, quod lunula ſit argentea intus deaurata, & Oſtenſorium ex auricalco auro benè illito, præcedentibus ſolitis cæremoniis, & cantato Hymno: *Pangelingua*, & alias prout ſupra dictum eſt *hoc eod. cap. num. 23. & ſeqq.*

XXXII. Advertant autem qui ſtant coram Auguſtiſſimo Sacramento, & præſertim Eccleſiaſtici, ſivè ſit illud ſupèr altare expoſitum, ſivè deferatur in Proceſſione, ut ſtent, & incedant ſempèr capite nudato, ut præſcribitur in *Rituali Rom. tit. de Proceſſionib.*, adeò ut, neque de die, neque de nocte liceat Parochis Sacrum Viaticum infirmo miniſtraturis

uti

uti Piliolo, nec etiam prætextu invaletudinis, & Canonici omneſque alii præſentes in Choro durante Officio, ſtando, ſi ſit illud diſcoopertum, vel ſedendo, ſi pendente velo fuerit coopertum, aſſiſtant, capite detecto exiſtente Sanctiſſimo Sacramento expoſito ſuper Altare.

C A P. V.

De Sacramento Pœnitentiæ, ubi De Canonico Pœnitentiario.

I. CHriſtus Dominus, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem paſſus fuit ſub Pontio Pilato, Crucifixus mortuus, & ſepultus, omne medium adhibuit pro ejus conſecutione: Et quidem contrà culpam originalem Sacramentum Baptiſmatis, & contrà peccatum actuale hoc Pænitentiæ Sacramentum, tanquam ſecundam Tabulam poſt naufragium inſtituit, ita ut ſinè eo ſaltem in voto, quod in actu perfectæ contritionis includitur nullus ad finem à Chriſto Domino intentum pervenire poteſt, qui poſt Baptiſmum aliquod peccatum mortale commiſit.

II. Curent (*a*) propterea Parochi, Populum ſibi commiſſum de hujus Sacramenti neceſſitate, de ſuis partibus eſſentialibus, aliiſque requiſitis, ad illud dignè ſuſcipiendum inſtruere: Multi enim quia errant, quod faciunt multoties ad illud accedunt ſinè peccato, & recedunt Sacrilegi: Et propterea ad hoc mirabile munus excipiendi Sacramentales Confeſſiones exercendum cum fructu, tàm, quò ad ſe, quàm, quò ad pænitentes ſeriò incumbant Parochi, & Confeſſarij, & præcæteris Canonicus Pænitentiarius probatorum authorum in Theologia morali lectioni, ad quam certè tenentur, & quidem quotidie, ita ut numquam ſatis ſit ſtuduiſſe.

III. Et diſcant lepram à lepra diſtinguere, & recogneſcere neceſſaria Pharmaca, quæ porrigere, quævè ſubminiſtrari poſſint egrotantibus; Non enim ſufficit quod infirmi ſua vulnera medico patefaciant, niſi ille recognoſcat morbi qualitates, & pharmaca opportuna, prò eorum cura: Et ſæpè, hac de rè perlegant propoſitiones damnatas à Sancta Sede, notulam caſuum, & cenſurarum Sedi Apoſtolicæ reſervatorum, & præſertim has Noſtras; etiam Synodales cum caſibus (*b*); & cenſuris reſervatis, unde quos abſolvere, quoſque ligare poſſunt, peccatores, ad ipſos, recurrentes, dignoſcere, poterunt.

IV. Ut à noxis paſcuis; quæ à pravis erumpunt opinionibus avertant, & per rectas ſemitas ducant animas ſibi in Domino concreditas: Curent Confeſſarii, & præſertim Parochi, & Canonicus Penitentiarius noſter præmanibus habere propoſitiones à S. Sede damnatas, & eas præcipuè, quas damnavit *Alexander VII. 24. Septembris 1665. & 18. Martii* 1666.

(a) *Cap. omnis utriuſque ſexus de pænit. & remiſſ. C. Trid. ſeſſ. 14. de pænit. cap. 5.*
(b) *Rit. Rom. de Sacr. pænit.*

1666. quæ fuerunt quinque ſuprà quadraginta, necnon alia s propoſitiones 65., quas damnavit *Innocentius XI. 2. Martii* 1679., & alias triginta, & unam damnatas ab *Alexandro VIII. 20. Decembris* 1690., & advertant ad conſtitutionem à San. Mem. *Clement. PP. XI.* Noſtro Benefactore editam anno 1713. quæ incipit *Unigenitus*, quam, uti noſtræ fidei regulam contra Janſeniſtas agnoſcimus, & profitemur.

V. Meminerint autem omnes, ſub quovis titulo, Sacramentales Confeſſiones excipiendas, ut hoc Sacramentum, ex dignitate adminiſtretur veſte talari, ac ſuperpelliceo, & ſtola utantur, præſertim diebus feſtivis, & quando Populus eſt frequens, & numquàm in angulis, & remotioribus Eccleſiæ locis, (a) ſed in Sede Confeſſionali, quam à locis minus patentibus, & obſcuris in Eccleſijs, etiàm Regularium, & exemptorum pænitùs amoveri, & eam tali loco collocari mandamus, undè tàm Confeſſarii, quàm pænitentes oculis omnium pateant.

VI. Et extrà Eccleſiam (b) eas non excipiant, niſi ex juſta, & rationabili Cauſa: Et multo magis rigoroſa correctione digni ſunt Confeſſarii, qui adhuc cubantes in lecto ſinè rationabili cauſa, hoc ſupremum in Dei Eccleſia, officium exercent: Nec audiant Mulieres confitentes antè ortum, & poſt Solis occaſum: & numquam omninò nullo admiſſo prætextu, cauſa, aut quæſito colore in contrarium extrà Sedem Confeſſionalem, & ubi non ſint Crates ferreæ, vel rameæ: Quod ſi iſtæ fuerint infirmæ, apertum volumus oſtium cubiculi, ut conſpici, non autèm audiri poſſint.

VII. Notulam Caſuum, & cenſuram Sedi Apoſtolicæ, ac alteram Caſuum, & Cenſurarum, Nobis reſervatorum in hac noſtra Synodo in eadem Sede Confeſſionali fixam omninò retineant; graves pœnas ſubituri, qui ad id tenentur, ſi in hoc negligentes reperti fuerint.

VIII. Summam, (c) Confeſſarij, omnem, adhibeant in adminiſtratione hujus Sacramenti, prudentiam, juſtitiam, & cum rigore manſuetudinem, imponendo prò qualitate criminum ſalutares, & præſervativas pænitentias: & coallaborent, ut pænitentes, & gravitatem, & peccati malitiam agnoſcant: At prorſus abſtineant à quibuſdam interrogationibus, quæ inanem redolent curioſitatem, & permaximè ipſos cautos volumus in interrogandis adoleſcentibus, & Puellis præſertim in materia impuritatis, ne dum peccata arcere ſtudent, ea edoceant.

IX. Abſtineant paritèr in hoc Sacro Tribunali à pertractandis negotiis ſæcularibus, & præſertìm ſponſalibus, matrimoniis: Compeſcant nimiam mulierum loquacitatem, & ea moneant, ut non aliena, ſed ſua confiteantur peccata, ſemperque tacendum nomen complicis.

X. Accedentes ad hoc Sacrum Tribunal (d) rudes, qui principaliora Noſtræ Sanctæ Fidei rudimenta, & alia ad ſalutem neceſſaria, prorſus igno-

(a) *S. C. Epiſc. 24. Jun. 1620.* (b) *Juxta decr. congr. S. Ap. V[illegible] Urbe de mand. Urbani 20. Jul. 1625.* (c) *Rit. Rom. cit.* (d) *Rit. Rom. loc. cit.*

ignorant, Confeſſarii, eos meliori, quo poterunt modo, ob temporis anguſtiam, paternè inſtruànt, & ipſos moneant, ut ad sè redeant, vel addiſcere, procurent ab aliis, & ſi omninò inhabiles, & rudes ipſos repererint, præſertim, quoad principaliora Myſteria, Dei, ſcilicèt, & Remuneratoris, nec non Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis, abſolutionem ſuſpendant omninò, præterquam in mortis articulo; Servatis omnibus, quæ circà id fuerunt per Nos ſupra diſpoſita *part. 1. cap 2. de Doctor Chriſtian. n. 8. & ſeqq.*

XI. Numquam verò eam impertiantur (*a*) publicis peccatoribus, & in proxima peccandi occaſione liberè conſtitutis, & ſi millies promittant, quod eam removere velint: Nec abſolvantur poſtquàm illam removerint, niſi ea dederint ſigna emendationis; ut ipſi Confeſſarij prudentèr credere, & ſperare queant eos, non amplius ad illam redituros, & cum ijs, qui in occaſione proxima peccandi reperiuntur, ſi fuerint involuntariè coacti, præſervativas, & ſalutares pœnitentias abhibeant, aliaque remedia inſinuent, proùt Spiritus Sanctus, cui ſe commendabunt dabit ipſis eloqui.

XII. Si verò in materijs de contractibus, de reſtitutione, ſivè in alijs caſibus, aliquod incidat dubium, præſertim circa validitatem matrimonij, vel ſi dubitetur, num conjunges jus petendi, vel reddendi debitum matrimoniale habeant, & ſimilibus. prudentèr expoſcant à pænitentibus aliquod tempus, ut melius ſuæ, & illorum conſcientiæ conſulere poſſint, & ubi caſus id tulerit, ad Nos cum debita circumſpectione cum conſulturi deferant: Et quo ad caſus quorum abſolutio, vel diſpenſatio ſpectat ad Sacram Pænitentiariam, seù ad Sedem Apoſtolicam ad eam facilitandam inſtructionem dabimus valdè utilem in appendice ad hanc noſtram Synodum.

XIII. Quod ſi pœnitens quidquam reſtituere, & reſtitutionem per ipſum fieri velit, promptum ſe offerat, id tamen ſedulò curet, ut à recipientibus ſyngrapham, seù ſcripturam de recepto exigat, poſtmodum ſuo pœnitenti exhibendam: Et ſi reſtitutiones faciendæ ſint incertis, ejus determinationem pœnitentium arbitrio omninò relinquat: & caveat ne eis injungat ſibimet, aut ſuæ Eccleſiæ, vel Conventui fieri & ſi pœnitens ſuæ voluntati ſe repoſuerit, pauperibus Eccleſijs, vel alijs pijs locis diſtribuat.

XIV. Neque directè, neque indirectè, & ſub nullo, neque graviſſimæ quantumvis neceſſitatis prætextu, (*b*) ſignum aliquod, tùm in actu Confeſſionis, tùm poſtea, & quocumque temporis decurſu, de auditis in Confeſſione exhibeant, ſed obſervent Confeſſarij religioſiſſimum Sigillum Confeſſionis, ſub pœnis contentis in Sacris Canonibus, alijſque Noſtro arbitrio reſervatis, quæ erunt ſeveriſſimæ, ſi fortè, quod abſit, caſus

(a) *Rit Rom. ibid.* (b) *Cap. ſi Sacerdoſ. de offic. Iud. ord. cap. dilectus de exc. Prel. cap. omnis utriuſq. ſex. de pæn. & remiſſ.*

ſus occurrere contingit; & ſi ſibi facultas à pęnitente fuerit facta revelandi audita in Confeſſione, ea nec minus utantur, niſi in re magnæ momenti, & ubi locorum, perſonarum, & rerum circumſtantiæ id tulerint.

XV. Contrà Confeſſarios omnes, (*a*) etiàm Parochos, qui ad impudica perſonas quaſcumque, & cujuſcumque ſint ſexus ex ſibi confitentibus, ſivè in actu Sacramentalis Confeſſionis, ſivè antè, ſivè poſt immediatè ſollicitaverint, ex nunc pęna excommunicationis latæ ſententiæ Nobis reſervatæ eos innodatos eſſe decernimus prout quoquè Confeſſarii, etiàm Parochi, qui ad obſcena quaslibet ex ſupradictis perſonis frequentèr, vel ut plurimùm ſibi confitentes licet, non immediatè poſt Confeſſionem, verùm occaſione ex ipſa Confeſſione accepta induxerint, ſeù ſollicitaverint, in eandem excommunicationem, Ipſo facto incurrant.

XVI. Prohibemus inſuper quoſcumque Confeſſarios, etiam Parochos excipere Sacramentales Confeſſiones earum perſonarum cujuſcumque ſint ſexus cum quibus ipſi quomodolibet, & ut cumque impudicè verſati fuerint, vel in maleficio, & abortu participant, eoſque ab eiſdem, aùt aliis peccatis ſacramentalitèr abſolvere: Et noverint pęnitentes (*b*) abſolutionem, quàm contrà hanc prohibitionem, ſeù declarationem obtineri fortè contigerit, fore, & eſſe nullam, & invalidam.

XVII. Et monitos facimus Pęnitentes (*c*) quoslibet cujuſcumque ſint ſexus, qui fuerint ad turpia ſollicitati, ſe teneri, & obligatos eſſe ad Confeſſarios, Nobis, denunciandos, etiàm ſi ſollicitationi conſenſerint, nullatenus autem tenentur proprium conſenſum detegere, quem ſi detexerint, nihil de eo in denunciatione ſcribetur: Et ſimilitèr denunciandus eſt Confeſſarius, qui tradit in actu Confeſſionis, ſivè antè, ſivè immediatè poſt cartam pęnitenti poſteà legendam, in qua ad inhoneſta ſollicitat, ſeù turpia pertractat, & qui dictam cartam ſumpſit, non excuſatur ſi idem Confeſſario confiteatur, quaſi ipſe Confeſſarius valeat eum non obligare ad denunciandum.

XVIII. Medici, prout ſtatutum fuit in Concilio Generali (*d*) ut cum primum ad Infirmorum curam vocantur, ipſos antè omnia moneant, ut Medicos advocent animarum, quod ſi poſt tres dies à prima viſitatione, vel niſi prius aliud neceſſitas expoſcerit, non curaverint, ut prædicti infirmi peccata ſua idoneo Confeſſario confiteantur, aut aliàs, non deſerverint, uſquequò Infirmus ipſe pęnitentiæ Sacramentum, non ſuſceperit pęnam excommunicationis latæ ſententiæ, Nobis reſervatam incur-

(*a*) *Greg. XV. contr.* Univerſi. *& juxta lit. S. C. in 9. 3. oct. 1626. cap. omnes cum ſeq. q. 30. q. 1.* (*b*) *Bonac. de Sacr. pœn. diſp. 5. q. 7. punct. 5. §. 5. nu. 10. Monacelli. tit. 13. decr. de comiquot. nu. 15.* (*c*) *Lit. c. ecus. S. C. in 9. 17. Septembris 1624.* (*d*) *C. Lateran. V. can. 22. S. Pius V. in conſt.* ſuper gregem Dominicum.

Nel Concilio Provinciale Ravennate del 1568. all'Azione V. pag: 105. a tergo: oltre la scomunica, vede ancora che

currant: Et hæc omnia ad formam mandatorum prò Medicis, de quibus in Appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum.

XIX. Solùm animarum curam habentes (*a*) in propria Parochia, & Pęnitentiarius per Civitatem, & Diœceſim poſſunt abſque alia approbatione, & licentia hoc Pęnitentiæ Sacramentum adminiſtrare, ſtatim, ac ad Pœnitentiarum, & ad animarum Curam per pacificam poſſeſſionem fuerint inſtituti: Quò ad alios verò nullus Sacerdos, (*b*) ſive Sæcularis, ſivè Regularis audeat Sacramentales Confeſſiones excipere, niſi anteà à Nobis approbatus, licentiam obtinuerit: & ſi ſecùs, ſi Regularis ſit pęnam excommunicationis ipſo facto incurrat, cui etiàm ſubiicimus Sacerdotes Sęculares, qui id attentare auſi fuerint, aliis etiàm pœnis noſtro arbitrio reſervatis, prò qualitate exceſſus punituros.

XX. Et numquàm dabitur Regularibus Sacerdotibus licentia excipiendi Sacramentales Confeſſiones, quamvis ad hoc munus ipſi, & peritia, & ſcientia idonei appareant, niſi à Monaſterii Præfecto, literis, teſtatum fiat, eos, in probatiſſimis, etiàm pro Confeſſarijs datis S. Caroli monitis, inſtructos eſſe, & vitæ diſciplina, ac moribus probatos haberi, ac dignos, quibus id munus laudabilitèr imponatur: Et animadvertant Superiores in hoc teſtimonii genere, ne quid teſtificando admittant, quod eorum Religioſæ Conſcientiæ fraudi ſit in præjudicium prælibati muneris.

XXI. Itaut ſinè noſtra approbatione, & licentia prohibitum etiàm cenſeri volumus quibuſcumque Sacerdotibus ſivè Sæcularibus, ſive Regularibus, ut nec minus Sacramentales Confeſſiones peccatorum venialium excipere valeant, juxtà decretum fel. rec. Innocentii XI. *de Communione quotidiana*: Et hoc idem quo ad alios quoſcumque, qui à noſtris Prædeceſſoribus eandem habuerunt approbationem, & licentiam, & à Nobis ea, non dum fuerit recognita, & confirmata: prout illis quoque qui curam animarum habuerunt, ut ſi ab ea poſteà ſe dimiſerunt, non audeant ſine alia noſtra approbatione, & licentia Sacramentales Confeſſiones excipere, præterquam in mortis articulo, in quo quilibet Sacerdos quoſlibet pænitentes, ab omnibus peccatis, (*c*) & Cenſuris poteſt abſolvere cum onere, quo ad Cenſuras, ſe præſentandi coràm ſuo legitimo Superiore, ad præſcriptum Sacrorum Canonum.

XXII. Et ſi quod abſit aliqui, non Sacerdotes auſi fuerint Confeſſiones Sacramentales audire, meminerint conſtitutionis Clementis VIII. incipientis: *Et ſi alias*, & Vrbani VIII, quæ incipit: *Apoſtolatus* quibus contrà hujuſmodi temerarias perſonas ultrà Sacrilegium, quod committunt, cavetur ut degradentur, & brachio ſæculari tradantur.

XXIII. Qui verò licentias falſas audiendi Sacramentales Confeſſiones

(*a*) *Vid. Fagn. in cap grave. de Preb. num.* 12. (b) Trid. *ſeſſ.* 23. *de refor. cap.* 15. *Greg.* XV. *Conſt.* inſcrutabili, *Vrban.* VIII. *conſt.* cum ſicut, (c) *S. C. T ſeſſ.* 14. *cap.* 6. *de caſib. reſer.*

nes formaverint, vel ab aliis falsò firmatas ſcienter uſi fuerint; & pœnam excommunicationis, ut ſuprà latam contrà excipientes Confeſſiones ſinè noſtra approbatione, incurrant ipſo facto, & etiam aliis pœnis, tùm in jure ſtatutis, tùm contrà falſarios per Nos determinatis punientur.

XXIV. Curent Parochi Noſtræ Diœceſis, & præſertim Canonicus Pœnitentiarius, prout eiſdem diſtrictè præcipimus, ut ſemper ſint parati ad audiendas Sacramentales Confeſſiones, abſquè perſonarum exceptione; (a) quas omnes benignitèr excipiant: & meminerint eorum Supremæ poteſtatis, Judicis ſcilicet, Medici, & Doctoris, quam exercent ſuper animas Chriſti Sanguine redemptas, quod ſi fortè, ſinè legitima cauſa, debitis tamen modis, non dimiſerint, pro qualitate facti punientur.

XXV. Quos tamen Pœnitentiarius, & Parochos (b) prò præſentibus in Choro, ubi ejus ſervitio ſunt addicti, habendos eſſe declaramus, dum audiunt Sacramentales Confeſſiones in eorum Eccleſiis, ſivè in Sede Confeſſionali, ſivè extrà, vel Infirmis aſſiſtunt reſpectivè, non tamen prò tempore quo ſinè neceſſitate in Confeſſionali ſedent; nec Confeſſiones audiunt, & nec pœnitentes expectant ad eos inſtruendos, aliis in Choro divina celebrantibus: Item, nec ſi Miſſam celebraverint, aut ſi privatum Officium recitaverint, etiam ut opportunius Confeſſiones audiant cenſendos eſſe præſentes in Choro.

XXVI. Et non ſolum cenſentur præſentes (c) in Choro, ſed etiam Proceſſionibus, & Supplicationibus, ac Defunctorum exequiis, quæ eo tempore, quo ipſi Confeſſiones audiunt, fiunt: Requiritur tamen, ut ſuprà dictum fuit, quod realiter Parochi, & Pænitentiarii confeſſiones excipiant, aut pænitentes ad eos inſtruendos cum effectu expectent.

XXVII. Officium vero Canonici Pænitentiarij, nuper in hac Noſtra Cathedrali inſtituti, ſit & eſſe cenſeatur in ſede Confeſſionali à Nobis deſtinata, aſſiſtere, præſertim diebus feſtis ſolemnioribus, etiam non vocatus, videlicet tempore *Jejuniorum*, *Quadrageſima*, *Adventus*, *Quatuor temporum*, *Reſurrexionis*, *Aſcenſionis*, *Pentecoſtes*: *Corporis Chriſti*, *Aſſumptionis B. M. V.*, *omnium Sanctorum*, *& Nativitatis Domini*, ibique, & ubi opus fuerit recipere Sacramentales Confeſſiones, & quilibet Diæceſanus poteſt eidem confiteri peccata ſua tempore Paſchatis, & ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, conſento in *Cap. omnes utriuſque ſexus de Pænit.*, *& remiſ.*; Non audeat à caſibus Nobis reſervatis, ſed quoad facultatem abſolvendi ab eiſdem recurrat ad ea quæ per Nos infrà diſponuntur, *part. 7. cap. 5. num. ultim.*

C A P. VI.

De Sacramento Extremæ Unctionis, ubi De Viſitatione, & Cura Infirmorum.

I. ADverſarius Noſter (d) per totum Noſtræ vitæ tempus, circuit quærens quem devoret, ſed cum impendere Nobis vitæ exitum

(a) *Can. qui vult. de pænit. d. 6 cauſ. all gant. 26. q. 2.* (b) *Vid. Barb. de caſ. & dignit. cap. 26. n. 20.* (c) *Barb. ibid. n. 21.* (d) *Trid. ſeſſ. 14. de Sacr. Extr. Unc. cap. 1.*

proſpicit vehæmentius omnes ſuę verſutiæ nervos intendit ad perdendos Nos penitùs, & à fiducia, etiam ſi poſſit Divinæ Miſericordiæ deturbandas: Tunc igitur permaximè ad Sacramentorum præſidium recurrendum eſt, & poſtquam Infirmis Sacramentum Pænitentię fuerit adminiſtratum, & ipſi fuerint Sacra Communione refecti, ſi poſsit dari talis opportunitas adhibendum eſt etiam hoc Sacramentum Extremæ Unctionis.

II. Etenim hoc Sacramentum (a), non ſolum ad ſanitatem corporis, ſi animæ ſaluti conducat reparandam, ſed etiam, & quidem principaliter inſtitutum eſt ad conferendum infirmo ſpeciale quoddam gratiæ actualis auxilium, tùm ad ſuperandas tentationes in articulo mortis occurrentes, tùm ad ſpem, & confidentiam facilius, & firmius in Deum eligendam, tùm etiam ad morbi, & morbi moleſtias cum majori patientia tolerandas.

III. Curent propterea Parochi nè ſub pænis contentis in Sacris Canonibus & aliis Noſtro arbitrio reſervatis, quis eorum negligentia ægrotus, ſine hoc Sacramento, quod magnum animæ, & corporis anthidotum eſt, decedat: Ait enim Divus Jacobus ex Chriſti Domini Noſtri inſtitutione: *Infirmetur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit Infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit remittuntur ei.*

IV. Meminerint tamen Parochi (b) eos ſi opportunè id fieri queat inſtruere, quibus diſpoſitionibus illud recipi debeat, & de omnibus ejus effectibus: Et quod licèt, non ſit abſolutè neceſſarium, tamen ſinè peccato gravi ullo modo negligi, aut contemni poteſt, ne ſuis mirabilibus effectibus pro quibus inſtitutum eſt in maximum ſui corporis, & animæ præjudicium privetur: Et ſicuti Parochi debent illud adminiſtrare, dumtaxat infirmis in extremo vitæ periculo conſtitutis, ſic advertant nè illud adeò differant, ut ægroti ſenſibus, & rationis uſu deſtituti, uberiorem Sacramenti gratiam non percipiant.

V. Utantur Parochi in adminiſtratione (c) hujus Sacramenti veſte telari, ſuperpelliceo, mozzetta coloris violacei, & Stola: Habeant ſecum Clericum, qui aſperſorium ferat, & Immaginem Crucifixi; Et curent, ut illud ſuſcepturi prius Sacramentali Pænitentiæ lavacro à peccatis, ſe emundent, & quod Sacra Euchariſtia ſint refecti; & numquam in eadem infirmitate reiteretur, niſi ſit diuturna, & cum infirmus convaluerit, iterum in mortis periculum incidit, quo caſu denuò hoc ſalutari præſidio muniatur.

VI. Quibus autem illud conferri, quo ritu, qua materia, & qua forma, queve corporis partes, hac Sacra unctionè liniri debeant, & cætera hujuſmodi ſi ſcire oporteat Parochus, adeat Rituale Romanum, quod ſemper in adminiſtratione Sacramentorum, & hujus præſertim præmanibus habeat *hoc eod. tit.*, & quod ibidem diſponitur, adumguem ſervet.

VII. Ca-

(a) *Trid. ibid*, (b) *Catechiſ. Rom. p. 2. de Extr. Unct. §. 12.* (c) *Rit. Rom. hoc tit.*

VII. Caveant (*a*) Regulares, ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ Sedi Apoſtolicæ reſervatæ, & ne audeant hoc Sacramentum Clericis, aùt laicis; contrà diſpoſitionem Sacrorum Canonum miniſtrare, quod ſolum eſt officium Parochi: Et alii Sacerdotes (*b*), non niſi in caſu neceſſitatis, vel eo mandante, hoc explere poterunt.

VIII. Sanctum Oleum, ne qua per diabolicas artes ei injuria afferatur, nevè ulla in eo cuſtodiendo miniſtrorum incuria Divini judicii diſtrictione coarguantur: Mandat hæc Noſtra Sancta Diœceſana Synodus, ut ſumma diligentia in hac Noſtra Cathedrali in Sacriſtia, proùt hactenus in uſum abijt: & in aliis Eccleſiis Parochialibus hujus Diœceſis patenti, & decenti loco à cornu Evangelij propè altare majus clave muniatur, quæ ab ejſdem Parochis ſervetur, ſub pænis Noſtro arbitrio reſervatis, & in ejus Oſtiolo à parte exteriori inſcribatur: *Olea Sancta.*

IX. Duo adſint pro hoc ſancto Oleo vaſcula, unum in quo cuſtodiatur illud in loco prædicto, & aliud prò delatione Olei Sancti ad infirmos intrà thecam, ſeù burzam ſericam violacei coloris, cum bombaceo: Quç theca longiores habeat cordulas, ut commodè poſſit à deferentis collo pendere, ſi aliquandò contingat ſimul cum Sanctiſſimo Viatico ad infirmum ob mortis periculum deferri: & bombaceum, quo in adminiſtratione Sacramenti uſus fuit abſtergendo partes in infirmo inunctas, apud infirmum, non remaneat, ſed ſecum recollectum comburendum deferat: Et vaſcula prædicta volumus, ut ſint argentea, & in Eccleſiis pauperibus ſaltèm de ſtamno puro: Quod pariter mandamus, quo ad alia vaſcula aliorum Sacrorum oleorum, cum alijs Epigraphis ſolitis.

X. Quod Sanctum Oleum omninò renovari debet unoquoque anno (*c*) vetere ignè combuſto, & ejus Cineres in Sacrario recondi: Quod fiet ſtatim poſt novi Conſecrationem: & prohibemus, prout de jure prohibitum eſt, tàm iſtud, quam ullum aliud Sacrum Oleum recipi ab alienis Epiſcopis Nobis inconſultis, & abſquè noſtra in ſcriptis obtenta licentia, ſub pæna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda: & eiſdem Parochis, ſivè quibus eorum cura incumbit, ſub eadem pæna injungimus, ne ea ad alienæ Diçceſis uſum impertiantur, ſinè dicta Noſtra licentia.

XI. Et numquam omninò conſignentur Sacra Olea laicis, vèl ſimplicibus Clericis, ſed ſaltèm alicui in Diaconatus ordine conſtituto (*d*); qui illa in Sacrorum Oleorum diſtributione ſumat, & decentèr deferat ad ſuam Eccleſiam, à qua miſſus fuit intrà Capſulam ſera ferrea clauſam: & Archipresbyteri locorum eundem cum ſuis literis ad Thæſaurarium, ſeù Cimiliarcam, qui prò tempore fuerit hujus Noſtræ Sanctæ Eccleſiæ committentur: & trangreſſores in prædictis multentur pæna ducatorum decem, pijs uſibus applicanda.

XII. Scian-

(a) *Clem. 1. de privileg. clem. dudum. de ſepult.* (b) *Catech. Rom. loc. cit. §. 27.* (c) *Concc art. IV. can. 36. relat. in Can. Presbyteri 295 Rit. Rom. hoc tit.* (d) *Gloſ. Can Presbyteris v. te. hiper. ilium 96. d. apud D. Card. Petra ad conſtit. 5. Innoc. VIII. ſect. unic. n. 18.*

XII. Sciant tandèm Parochi, non poſtremas eſſe ipſorum partes (a), nec eorum muneri ſatisfeciſſe, ſi adminiſtratis Sacramentis infirmis, eos poſteà deſerant, ſed inſuper teneri, & obligatos eſſe, quod ipſis ſub obteſtatione divini judicii jungimus, illos, non obſtante, quod eis fuerint adminiſtrata Sacramenta, interdum viſitare, & frequentius, quo magis ipſos gravari repererint, quos iis monitis, ferventioribus precibus, & reiteratis actibus præſertim fidei, ſpei, & charitatis, aſſidue, & tempeſtivè adjuvando, ad vitæ, exitum, uſquè proſequantur.

XIII. Quod ſi legitime fuerint impediti, id præſtandum curabunt omninò per alios Sacerdotes, ut præfatum eſt hac *cad. part. 2. cap. 1 de Sacror. admin. num. 11.*, aut ſaltem, & in omni caſu per laicos homines pios, & Chriſtiana charitate præditos, ſed & in agonia laborantibus, & mox expiraturis ipſi Parochi per ſe omninò hoc maximum præceteris munus adimplere ſatagant: Cum hoc ſit momentum, undè pendet æternitas, aliàs, & Carcere, & multis, & Cenſuris, imò, et quo pejus poterimus, ſemper tamèn ad formam juris, ſed prorſus abſquè ulla indulgentia per Nos punientur, ultrà flagitium, quod committunt coràm Deo, prò quo reddere tenentur animam prò anima.

C A P. VII.

De Sacramento Ordinis, ubi De promovendis ad illud.

I. CHriſtus Dominus qui in legge Evangelica fuit primus Sacerdos, *Secundum Ordinem Melchiſedech*, miſſurus Apoſtolos ad ejus Sacroſanctum Evangelium prædicandum, *oravit*, & ſolus *oravit*, per quod ſatis, ſuperque Epiſcopos docuit, quantum eidem circà perſonarum promotionem ſe circumſpectos habere debeant: Tunc, inquam *oravit*, & ſolus *oravit*, ut ſcilicet cum majori attentione, id faceret: Et Apoſtolus mandat, *nè tam citò manus imponantur*, quibus oſtenditur matura conſideratio, quam, non ſolum circà promovendos ad ordines habere debent Epiſcopi, ſed etiàm, quam, & iidem promovendi debeant præmittere, ut non, humana ratione (b), aut reſpectu aliquo, ſed Sancti Spiritus impulſu ad altaris miniſterium admittantur, ne ea propria temeritate ſibi ſumentes, non Eccleſiæ miniſtri, ſed fures, & latrones, qui per Oſtium, non ingreſſi, habeantur.

II. Quicumquè, itaque, ad Ordines promoveri deſiderat, ſuum adeat Confeſſarium, alioſque pios, & doctos viros, à quibus id conſulendum erit, quod aſſumendi muneris gravitati, & promovendi profectui magis in Domino viſum fuerit: Quo circà eos monitos facimus, ut de conſilio requiſiti, illa, qua decet ſinceritate promovendi prius idoneitatem, vitam, ac mores inſpiciant, & quo ductu id faciunt, an inquam ex Divini Spiritus impulſu? vel potius humana ratione, ſeu reſpectu, ut ii ſolum ſeligantur; qui *vocantur à Deo tamquàm Aaron*, nè propter indignum promo

(a) *Rit: Rom. hoc tit. & tit. de cur. infir.* (b) *Cap. fin. de tem. ord. in 6. Trid. ſeſſ. 23. de ref. cap. ...*

Digitized by Google

promotionis conſilium, & ipſi de ordinatorum flagitio pariter: & fiant.

III. Et qui ad primam Tonſuram promovendi ſunt advertant, ut neque per commodum, neque per gratiam id faciant: Nam ut ait (a), Sanctus Pontifex Gregorius *hoc peccatum grave eſt, & ſinè correctione, hoc non patitur remanere*: Et ut de prædictis melius ſibi ipſis periculum faciant, volumus, ut per ſex menſes de Noſtri licentia, veſtes Clericales aſſumant, & ſuum quodammodo ad Eccleſiaſticam vitam tirocinium præmittant, quo dignoſci poſſit, utrum in veritate ad fidelem cultum Deo præſtandum, an verò temporalis commodi cauſa initiari cupiant.

IV. Certe miniſtrorum multiplicatio ad divini cultus augumentum pertinet: Sunt tamen quàm plures, qui Clericali Militiæ, prætextu quidem Deo inſerviendi, ſe adſcribi curant, ſed revera ad declinandum forum ſæculare id faciunt: Unde, & creba inter utrumque forum perſæpe inaudiuntur, diſſidia, & libertas & majeſtas Eccleſiaſtica in dies magis, ac magis concutitur: Quo circa Nos, nonniſi eos promoveri intendimus, quos utiles, & neceſſarios Noſtris Eccleſiis in Domino dumtaxat videbimus; *Diaconos* enim, ut habet Sanctus Hyeronimus *paucitas, honorabiles, Presbyteros turba contemtibiles facit.*

V. Ad quoſcumque ordines promovendi, habeant omnia requiſita ad formam Sacrorum Canonum, in unum ferè congeſta in *Sacro Conc. Trid. ſeſſ. 23. de Reform. cap. 5.*, *uſque ad 15. incluſ.*, & Conſtitutionibus Synodalibus Prædec. Noſtrorum, de quibus in notula requiſitorum pro prima Tonſura, & aliis ordinibus, tùm majoribus, tùm minoribus infra apponenda, & Noſter Vicarius Generalis ea omni diligentia diſcutiat (b), & Nobis antè Sacram ordinationem referat: Qui ut planè muneri ſuo ſatiſfacere valeat, illa ſaltem per decem dies ante generalem ordinationem, ut ſibi exhibeantur curet, alias reiciantur pro illa ordinatione, ut quoque, ſi aliquo reperiantur impedimento irretiti.

VI. Conſtitutione Concilij Turonenſis cautum eſt, ut Presbyter priuſquam ad Presbyteratus conſecrationem accedat in Epiſcopio maneat ſuum diſcendi gratia officium, donec mores etiam, & actus ejus animadverti poſſit, ut ſi dignus repertus fuerit, ad Sacerdotium promoveatur: Nos igitur eidem Conſtitutioni aliiſque Sacris Canonibus & edictis generalibus Prædeceſſorum Noſtrorum inherentes, hac Synodali Conſtitutione edicimus, omnes ad minores, vel ſaltem ad majores ordines promovendos adminus per ſex menſes continuos ante ordinationem in Noſtro Sacro Seminario omninò commorari debere, alias ab ordinibus ſuſcipiendis rejectos eſſe norint.

VII. Ad primam Clericalem Tonſuram promovendi, prout ſtatutum eſt in Concilio Provinciali XIV., & in Synodo Diœceſana (c), beneficium aliquod habeant Eccleſiaſticum, vel penſionem annuam ſaltem ad minus ducatorum quindecim monetæ hujus Regni, omnibus oneribus deductis vel

(a) *Lib. 4. Epiſt. 55* (b) *Trid. ſeſſ. 23. cap. 7.* (c) *Catanen. 1690. tit. 25 cap. 2.*

vel ſi ad titulum Patrimonij ex cauſis Nobis benè viſis,nec minus promoveantur, niſi illud ſit ejuſdem annui redditus:Et promovendi ad Sacrum Subdiaconatus ordinem, beneficium habeant, vel penſionem Eccleſiaſticam, aùt Patrimonium, modo quo ſuprà dictum fuit, quod ſit annui redditus ducatorum triginta in tot bonis ſtabilibus fructiferis, non falſum, non fictum,non fiduciarium, non litis obnoxium, ſeù oneri, aut æri alieno,hypotecæ, vel cuilibet ſuppoſitum,quo potiori jure reperi,aut evinci poſſit,ſed verum & effectivum,& quod in valore excedat omninò ſummã ducatorum tercentum quę annuis redditibus dictorum duc.triginta correſpondeat : Et hęc omnia authenticis documentis plenè juſtificari, & ſuper eiſdẽ teſtes benè informatos,pręvio eorũ juramento examinari mandamus.

VIII. Et, ut fraudi aditus pręcludatur (a),tàm bonorum Patrimonialium, quam donationis Inſtrumenta inter Miſſarum ſolemnia tribus Dominicis, aut aliis feſtis diebus Populo denunciabuntur, & dantes gloriam Deo, ſuper titulo denunciato veritatem in Domino ſub pęna excommunicationis, ſi quid denunciandum norint, proferant,& revelent: Volumus inſuper, & mandamus, quod tam qui Patrimonium aſſignat,quam is cui illud aſſignatur jurejurando affirment, quod bona quę aſſignantur verè,& realiter in ordinandi dominium, & poſſeſſionem transferãtur, quod ſi iis, non obſtantibus promovendus ad Sacrum Subdiaconatus ordinem fraudem aliquam committat, ſi in eodem ordine adminiſtret, irregularis efficitur, & ad alios ordines ſuſcipiendos incapax redditur.

IX. Et qui Beneficium, penſionem Eccleſiaſticam, ſeù Patrimonium ad quorum titulum ipſe fuerit ordinatus reſignaverit; aut reſpective alienaverit, extinſerit, vel remiſerit, alio ſufficienti Beneficio, vel penſione Eccleſiaſtica, & Patrimonio, de noſtri tamen nonniſi in terminis diſpoſitionis *Sac. Conc. Trid. Seſſ.21.de refor. cap.2.* in ſcriptis concedenda licentia, non ſubrogato, ultrà nullitatem actus ſimiliter ipſo facto ſuſpenſus ab exercitio ordinum ſit.

X. Inter alia ad Sacros ordines requiſita, volumus, ut alias per Noſtros Prædeceſſores ſtatutum eſt, ex eodem Concilio Provinciali illud quoque annumerari Eccleſiaſticis ad modum neceſſarium, puta Sacrorum Rituum, & Cantus Gregoriani peritiam de qua ipſos examinari volumus, ut Parochialibus; vel aliis Eccleſiis, quibus noſtrorum juſſu addicendi erunt, utilius inſerviant.

XI. Monemus inſuper omnes, & quoſcumque, & eos in Domino adhortamur, ut cum promovendorum deſiderium inter Miſſarum ſolemnia per ſolitas denunciationes Populo exponitur, ſi aliquod impedimentum ipſis contrà eos innotuerit prò Deo, & propter Deum Archipresbyteris, & Vicariis locorum, vel Nobis ſcripto, aut verbo ſecretò, & quo ipſis melius placuerit, fideliter denuncient.

XII. Nemo abſque nullo delectu, aut perſonarum exceptione, ad mino-

(a) Cit. ſynod. Colat. ibid. cap. 9 § 2.

minores, vel ad majores ordines admitti volumus, niſi peractis per decem dies exercitiis Spiritualibus apud Sacerdotem, ſivè Sæcularem, ſivè Regularem, per Nos ſuis aptis temporibus deſignandum ad formam literarum Encyclicarum de mandato Venerabilis Servi Dei Innocentii XI. de quibus in Appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum.

XIII. Meminerint autem, tùm noſter Vicarius Generalis, tùm omnes alii, quibus promovendorum requiſitorum inſtructio, & recognitio fuerit demandata: Necnon Examinatores Synodales; quatenus quocumque humano reſpectu, ſivè neceſſitudinis, ſivè amicitiæ, ſivè commendationis poſthabito, ſolius Dei honorem, & dignam Miniſtrorum ſuorum aſſumptionem, præoculis habeant.

XIV. Et ii magis caveant, (a) nè præfatorum officiorum ſuorum intuitu reſpectivè antè, vel poſt inſtructionem, diſcuſſionem, vel admiſſionem requiſitorum, ſivè ipſum examen directè, aut indirectè à promovendis aliquid recipiant ſub pęna ſuſpenſionis à Divinis in quam tam ipſi recipientes, quam etiam dantes ultrà Simoniacæ labis, pęnas incurrant.

XV. Presbyteratus Ordines promoti, primam Miſſam, non celebrent abſquè noſtra in ſcriptis expreſſa licentia, gratis concedenda, quam obtinere non tentabunt, ſi in cęrimoniis Eccleſiaſticis ab aliis jam peritis Sacerdotibus per Nos deſignandis, inſtructi, non fuerint.

XVI. Et tamquam ſuperſtitioſa damnamus, proùt damnat noſtrum Sacrum Concilium Provinciale, ſumptuoſa Convivia, Ludos, Choreas, & omne inanium oblectamentorum genus, omneſque alios hujuſmodi abuſus, qui Populi temeritate, vel avaritia in novæ, ut vocant Miſſæ celebrationem irrepſerunt, & in eos, qui in hoc genere aliquid peccaverint in pęnis, & multis arbitrio noſtro reſervatis animadverti decernimus.

XVII. Literæ teſtimoniales quas prò Prima Tonſura, vel aliis Ordinibus, tùm minoribus, tùm majoribus ab alienis Epiſcopis ſuſcipiendis in poſterum concedemus ſuum ad duos dumtaxat menſes, vel longius prò diſtantia loci, tempus prò noſtro arbitrio præſcribendum effectum conſequi poſſe volumus, & ultrà terminum in illis aſſignatum ſint nullæ, & invalidæ; Itaut eorum vigore promoti, pęnam ſuſpenſionis ab ordinum ſuſceptorum exequutione ipſo jure a Sacro Concilio Tridentino inflictam non effugiant.

XVIII. Proùt quoquè decernimus exteros, qui literas dimiſſoriales ſui Ordinarii prò certis Ordinibus ſuſcipiendis nobis directis deferunt, per Curiam Noſtram, non admittantur, ſi duobus, vel tribus menſibus, antè Sacras Ordinationes, quibus initiati ſunt, fuerint datæ, niſi ob loci diſtantiam, aut ordinandorum diuturnam à ſuis Epiſcopis abſentiam, vel aliam id generis cauſam vetuſtiores admittendas eſſe adjudicaverimus.

(a) *Trid. ſeſſ. 21. de refor. cap. 1.*

XIX. Moneantur Superiores Regulares, quod daturi literas dimiſſoriales pro ſuis Subditis etiam Regularibus, qui ad Ordines promoveri voluerint, illas ad Epiſcopum Diœceſanum, nempe illius Monaſterii, ſeu Conventus, in quibus ordinandi ſunt de familia dirigere debent, juxta decretum *Sac.Conc.Trid.* de ordine *Clementis PP.VIII.* æditum: Et ad Subdiaconatus ordinem promovendi Regulares authenticum teſtimonium de ſolemni emiſſa profeſſione, & de exercitiis Spiritualibus factis, in noſtra Cancellaria exhibeant.

XX. REQUISITA ORDINANDORUM
Prò Prima Tonſura.

I. *An ſit de legitimo matrimonio natus, quandò baptizatus, & num Sacro Chyſmate confirmatus?*

II. *Si habuerit aliquandò uxores, & num unicam, & virginem?*

III. *Si habeat aliquod Corporis, vel animi vitium, vel Canonicum, impedimentum, publicum, vel occultum, ob quod, non poſſit ad ordines promoveri?*

IV. *Si exercuerit aliquod officium laicale, ex quo irregularitas potuerit exoriri?*

V. *Si reperiatur de aliquo crimine inquiſitus, vel diffamatus, in qua Curia, & qua de Cauſa, etiam ſi non ſit deductum ad forum contentioſum?*

VI. *Si totius ejus vitæ curſu piè, & religioſe ſe geſſerit, honeſtiſque vita, & moribus ſit ornatus?*

VII. *Si frequentaverit Sacramenta Confeſſionis, & Communionis?*

VIII. *Si aſſiduus fuerit in Schola, vel Studio in aliqua Univerſitate?*

IX. *Si neceſſitas urget, ut militiæ Clericali adſcribi, & prima clericali Tonſura inſigniri debeat, & idcirò Clericorum Paræciæ numerus referatur?*

X. *Si medietatem Patrimonii, quæ ſit ducatorum quindecim pacificè poſſideat, & an de eo factæ ſint publicationes, juxtà* num. 8. *infrà prò Subdiaconandis?*

XI. *Si habitum Clericalem geſſerit, & Eccleſiæ Servitium præſtiterit per præſcriptos menſes probationis?*

XII. *Si alios fratres habeat, & quis eorum ſit major natu?*

XIII. *Si tres publicationes, quo ad tonſurandi perſonam factæ ſint?*

XXI. PRO' MINORIBUS ORDINIBUS.

I. *Literæ teſtimoniales de prima Tonſura ſuſcepta?*

II. *Perquiſitio in Curia Epiſcopali, an ſit inquiſitus, proceſſatus, vel diffamatus, ut ſupra* num. 5.

III. *Si in habitu, & tonſura ad formam Conſtitutionis Synodalis ſemper inceſſerit, & an bonis moribus polleat?*

IV. *Si ſingulis quindenis diebus Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta perceperit.*

V. De

V. *De Schola, vel literis, quibus operam navat?*

VI. *Si coadjuvaverit Parochum in Doctrina Chriſtiana tradenda?*

VII. *De exercitio ordinum ſuſceptorum, & ſervitio præſtito Eccleſiæ cui eſt adſcriptus, niſi cauſa ſtudiorum abſit?*

VIII. *Si collationibus Caſuum Conſcientiæ aſſiduè interfuerit?*

IX. *Si in cantu Gregoriano ſit verſatus?*

X. *Si exercitia ſpiritualia per decem dies in præſcriptis locis peregerit.*

XXII. DE SACRO SUBDIACONATUS ORDINE.

I. *Literæ teſtimoniales de ſuſceptis Minoribus Ordinibus.*

II. *Perquiſitio in Curia Epiſcopali, an ſit inquiſitus &c. ut ſupra n.2.?*

III. *Fides Baptiſmi, quod ſit in ætate annorum viginti duorum.*

IV. *De ſervitio in divinis præſtito Eccleſiæ, cui ſubeſt.*

V. *De Schola, vel Studio, in quo verſatur.*

VI. *Frequentia Sacramentorum Confeſſionis, & Communionis ſigulis quindenis diebus.*

VII. *Fides de vita, moribus, & exemplo, tàm in habitu, inceſſu, ſermone, quam in aliis rebus, &c.*

VIII. *De publicationibus in Eccleſia Porochiali, factis, tàm quoad perſonam; quam quoad titulum beneficij, vel Patrimonij, & publicentur bona aſſignata, cum ſuis Confinibus, & a quo ſibi fuerint donata, an ſint libera, vel alicui hypotecata? an gravata aliquo onere, præſertim Miſſarum, livello, fideicommiſſo purificato, vel purificando, & an reddat annuos ducatos triginta. Et quo ad beneficium: an ſit in pacifica poſſeſſione ejuſdem, de qua realitate, & affectivitate ejuſdem tituli Patrimonialis, tam reſpectu aliorum fratrum, quàm æris alieni, ac quorumcumque intereſſe prætendentium, facto etiam acceſſu ſuper faciem loci, & peritorum timoratæ conſcientiæ judicio perpenſo.*

IX. *Teſtimonium Parochi, quod ordinandus ſe coadjuvavit in docendo Doctrinam Chriſtianam.*

X. *Neceſſitas Eccleſiæ, cui eſt adſcriptus.*

XI. *An Cantum Gregorianum didicerit, & Collationibus caſuum Conſcientiæ, & Sacrorum Rituum aſſiduè interfuerit.*

XII. *Fides, quod prò ſuſceptione ordinis Subdiaconatus exercitia ſpiritualia in præſcriptis locis ſaltem per decem dies fecerit.*

XXIII. PRO SACRO DIACONATUS ORDINE.

I. *Ultra de Prædictis, de pacifica poſſeſſione, & fructuum perceptione Beneficii, vel Patrimonii.*

II. *Literæ Teſtimoniales de ſuſcepto Subdiaconatus ordine.*

III. *Quod ordinem Subdiaconatus exercuit, in eoque ſit verſatus.*

IV. *De ætate viginti trium annorum inceptorum.*

XXIV. PRO SACRO PRÆSBITERATUS ORDINE.

I. *Literæ teſtimoniales de ſuſcepto Diaconatus ordine.*
II. *Quod ſit in ætate viginti quinque annorum ſaltem iuceptorum.*
III. *De exercitio ordinis Diaconatus præſtito Eccleſiæ cui eſt adſcriptus.*
Cætera verò requiſita, prout dictum eſt
De Diaconatus ordine

§. Unicus.
De Officio Exorciſtæ.

I. HOc officium, quod nonniſi in Jejunio, & Oratione (*a*) exercetur aggredi certè periculoſum eſt: Quomodò autèm, & à quibus exequi debeat Rituale Romanum certas præſcribit Regulas, eoque proptereà, ubi caſus occurrerit, uti volumus, prout quoque, ut nemo ſine noſtra in ſcriptis obtenta licentia, ut alias ſuis literis circularibus mandavit Sacra Congregatio Univerſalis Inquiſitionis de Urbe 30. Auguſti 1700. de quibus in appendice ad hinc Noſtram Sanctam Synodum, ſub pœna ſuſpenſionis à divinis ipſo facto incurrenda hoc pium opus exercere audeat, & ſi fuerit Regularis punietur, tùm arbitrio noſtro, tùm facultatem excipiendarum Confeſſionum Sacramentalium, ſi obtinuerit ipſo jure amittat, abſque ſpè eam ulterius obtinendi.

II. Et ſi quis, quod Deus avertat hujus miniſterii ſanctitate abuſus (*b*) aliquem hac occaſione arrepta ad turpia induxerit, ipſo facto ſit excommunicatus, aliiſque in eum corporalibus pœnis graviter animadverti decernimus: & pari modo (*c*) ſi hoc grave miniſterium exercens ad captandum ſibi lucrum, & quæſtum exequatur, graviter punietur; & multo magis ſi mercedem aliquam exinde exigere auſus fuerit.

CAPUT VIII.
De Sacramento Matrimonii.

I. APoſtolus ad Epheſios de matrimonio loquens: *Sacramentum*, inquit, *hoc magnum eſt: Ego autèm dico, in Chriſto, & Eccleſia*; Quæ Apoſtoli verba explicans Sanctus Auguſtinus: (*d*) *Hoc Sacramentum*, ait, *in Chriſto, & in Eccleſia magnum in ſingulis quibuſque viris; atquè uxoribus minimum, ſed tantùm conjuntionis inſeparabilis Sacramentum*: quibus verbis docet, *Matrimonium* eſſe Sacramentum *magnum*, quidem, quatenus Chriſti cum Eccleſia *conjunctionem* ſignificat, *minimum* verò *in dignitate*, *ſi conferatur cum aliis Sacramentis*, undè, & ultimo loco inter ea numeratur.

II. Hoc autèm Sacramentum præter gratiam ſanctificantem, quam confert, quod illi cum aliis Sacramentis commune eſt, & gratiam Sacramen-

---

(a) *Rit. Rom rubr. de exerc obſer.* (b) *S.C.C. in Florentin. 22. Febr. 1675.* (c) *Rit. Rom. loc. cit. circa mulierem* (d) *lib. 2. de nupt. & concupiſc. cap. 21.*

mentalem, quæ illius propria eſt, & peculiaris, conſiſtitque in quibusdam ſpecialibus gratiæ actualis auxiliis (*a*) quę hujus Sacramenti intuitù conjugibus opportuno tempore conferuntur, ad ipſius matrimonij officia debite, ac rectè obeunda: Tres ſunt prætereà hujus Sacramenti effectus, qui alio nomine vocantur *bona Matrimonii*, ſcilicèt *Sacramenti indiſſolubilitas, prolis legitima ſuſceptio, ac educatio, & thori conjugalis fides.*

III. Certum eſt enim matrimonium intèr Chriſtianos legitimè contractum, & ab ipſis conſumatum eſſe omninò indiſſolubile, quoad vinculum licet quoad thorum, & cohabitationem poſſe uxorem, & virum ad invicem ex juxta cauſa (*b*) coràm nobis dumtaxat deducenda ſeparari: Et quoad bonum Prolis indubium ſimilitèr eſt, illud à Deo inſtitutum eſſe ad generis humanī conſervationem, & multiplicationem, imò ad ipſius Eccleſiæ propagationem, proindeque Parochi moneant Conjuges, quod qui in ipſius matrimonii uſu aliquid faciunt, quo generatio Prolis impediatur, graviter peccant, niſi amore virtutis, & liberiùs, & perfectiùs Deo inſerviendum pari conſenſu continentiam ſervare velint: & tali modo ſinè dubio excellentiorem adhuc vitam ſequerentur.

IV. Quod denique *ad thori conjugalis fidem* pertinet, advertant Conjuges primò, ut altero vivente, alter Conjux cum altera perſona, non contrahat, nec ullo modo permiſceatur, imò nec ullum illegitimum affectum deliberatè admittat; (*c*) Et quamvis alter Conjugum diutiſſimè abſit, nec ſcire queat utrum adhuc vivat, an verò è vita migraverit numquam licèt ad alias nuptias tranſire, donec de ipſius morte certò non conſtiterit,

V. Et deindè, (*d*) ut ambo Conjuges mutuò cohabitent, & mutuò ſibi obſequia in adminiſtranda re familiari, & filiorum educatione præſtent, ad quod quidem reciprocè obligantur: Et tandem, ut vir, & uxor ſibi mutuò debitum conjugalem reddant, quos Parochi moneant hanc mutuam obligationem reddendi debitum conjugale eſſe ſub mortali, (*e*) ſi alter Conjugum ſeriò; inſtantèr, & rationabilitèr id petat.

VI. Ad hoc autem, ut matrimonium, non modò validè, ſed etiam licitè contrahatur, quamplura ex inſtitutione Eccleſiæ curandum eſt, ut præmittantur: ac ſeduló propterea edoceant Parochi Populos ſuæ Curæ concreditas de gravitate hujus Sacramenti, ut ſciant quid Conjugali fidei, quid Proli, quid ipſi Sacramento, proùt diximus; debeant, & Nos ſequentes Synodales regulas pro noſtra Paſtorali, quam, gerimus, Cura, tùm ex Eccleſiæ inſtituto, tum ex iis, quæ hic verſantur in foro edicimus, & reſpectiuè confirmamus.

VII. Præmittantur; (*f*) itàque, de Noſtri, vel Generalis Vicarii, ordine, in ſcriptis in calce memorialis per Sponſos præſentandi tres denunnunciationes ad præſcriptum *Sac. Conc. Trid.*, & antè eas matrimonia in faciem

(a) ut explicat *Petrus Ledeſma cap. 1. de matr.* (b) *S. Aug. lib. de adult. cap. 11. & Epiſt. 25. & lib. 2. de conſenſ. Evang. cap. 2.* (c) *cap. Domin. de ſecun. d. nupt.* (d) *cap. litera. de reſtit. ſpoliat.* (e) *Sanch. lib. 9. diſp. 2. de matr.* (f) *Trid. ſeſſ. 24. de reform. matr. cap. 1.*

ignorant, Confeſſarii, eos meliori, quo poterunt modo, ob temporis anguſtiam, paternè inſtruant, & ipſos moneant, ut ad sè redeant, vel addiſcere, procurent ab aliis, & ſi omninò inhabiles, & rudes ipſos repererint, præſertìm, quo ad principaliora Myſteria, Dei, ſcilicèt, & Remuneratoris, nec non Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis, abſolutionem ſuſpendant omninò, præterquam in mortis articulo; Servatis omnibus, quæ circà id fuerunt per Nos ſupra diſpoſita *part. 1. cap 2. de Doctor Chriſtian. n. 8. & ſeqq.*

XI. Numquam verò eam impertiantur (a) publicis peccatoribus, & in proxima peccandi occaſione liberè conſtitutis, & ſi millies promittant, quod eam removere velint: Nec abſolvantur poſtquàm illam removerint, niſi ea dederint ſigna emendationis; ut ipſi Confeſſarij prudentèr credere, & ſperare queant eos, non amplius ad illam redituros, & cum ijs, qui in occaſione proxima peccandi reperiuntur, ſi fuerint involuntariè coacti, præſervativas, & ſalutares pœnitentias abhibeant, aliaque remedia inſinuent, prout Spiritus Sanctus, cui ſe commendabunt dabit ipſis eloqui.

XII. Si verò in materijs de contractibus, de reſtitutione, ſivè in alijs caſibus, aliquod incidat dubium, præſertim circa validitatem matrimonij, vel ſi dubitetur, num conjunges jus petendi, vel reddendi debitum matrimoniale habeant, & ſimilibus. prudentèr expoſcant à pænitentibus aliquod tempus, ut melius ſuæ, & illorum conſcientiæ conſulere poſſint, & ubi caſus id tulerit, ad Nos cum debita circumſpectione eum conſulturi deferant: Et quo ad caſus quorum abſolutio, vel diſpenſatio ſpectat ad Sacram Pænitentiariam, seù ad Sedem Apoſtolicam ad eam facilitandam inſtructionem dabimus valdè utilem in appendice ad hanc noſtram Synodum.

XIII. Quod ſi pœnitens quidquam reſtituere, & reſtitutionem per ipſum fieri velit, promptum ſe offerat, id tamen ſedulò curet, ut à recipientibus ſyngrapham, seù ſcripturam de recepto exigat, poſtmodum ſuo pœnitenti exhibendam: Et ſi reſtitutiones faciendæ ſint incertis, ejus determinationem pœnitentium arbitrio omninò relinquat: & caveat ne eis injungat ſibimet, aut ſuæ Eccleſiæ, vel Conventui fieri & ſi pœnitens ſuæ voluntati ſe repoſuerit, pauperibus Eccleſijs, vel alijs pijs locis diſtribuat.

XIV. Neque directè, neque indirectè, & ſub nullo, nequè graviſſimæ quantumvis neceſſitatis prætextu, (*b*) ſignum aliquod, tùm in actu Confeſſionis, tùm poſtea, & quocumque temporis decurſu, de auditis in Confeſſione exhibeant, ſed obſervent Confeſſarij religioſiſſimum Sigillum Confeſſionis, ſub pœnis contentis in Sacris Canonibus, alijſque Noſtro arbitrio reſervatis, quæ erunt ſeveriſſimæ, ſi fortè, quod abſit, caſus

(a) *Rit Rom. ibid.* (b) *Cap. ſi Sacerdòſ. de offic. Iud. ord. cap. dilectas de exc. Prel. cap. omnis utriuſq. ſex. de pæn. & remiſſ.*

ſus occurrere contingit; & ſi ſibi facultas à pęnitente fuerit facta revelandi audita in Confeſſione, ea nec minus utantur, niſi in re magni momenti, & ubi locorum, perſonarum, & rerum circumſtantiæ id tulerint.

XV. Contrà Confeſſarios omnes, (*a*) etiàm Parochos, qui ad impudica perſonas quaſcumque, & cujuſcumque ſint ſexus ex ſibi confitentibus, ſivè in actu Sacramentalis Confeſſionis, ſivè antè, ſivè poſt immediatè ſollicitaverint, ex nunc pęna excommunicationis latæ ſententiæ Nobis reſervatæ eos innodatos eſſe decernimus prout quoquè Confeſſarii, etiàm Parochi, qui ad obſcena quaslibet ex ſupradictis perſonis frequentèr, vel ut plurimùm ſibi confitentes licet, non immediatè poſt Confeſſionem, verùm occaſione ex ipſa Confeſſione accepta induxerint, ſeù ſollicitaverint in eandem excommunicationem, ipſo facto incurrant.

XVI. Prohibemus inſuper quoſcumque Confeſſarios, etiam Parochos excipere Sacramentales Confeſſiones earum perſonarum cujuſcumque ſint ſexus cum quibus ipſi quomodolibet, & ut cumque impudicè verſati fuerint, vel in maleficio, & abortu participant, eoſque ab eiſdem, aùt aliis peccatis ſacramentalitèr abſolvere: Et noverint pęnitentes (*b*) abſolutionem, quàm contrà hanc prohibitionem, ſeù declarationem obtineri fortè contigerit, fore, & eſſe nullam, & invalidam.

XVII. Et monitos facimus Pęnitentes (*c*) quoslibet cujuſcumque ſint ſexus, qui fuerint ad turpia ſollicitati, ſe teneri, & obligatos eſſe ad Confeſſarios, Nobis, denunciandos, etiàm ſi ſollicitationi conſenſerint, nullatenus autem tenentur proprium conſenſum detegere, quem ſi detexerint, nihil de eo in denunciatione ſcribetur: Et ſimilitèr denunciandus eſt Confeſſarius, qui tradit in actu Confeſſionis, ſivè antè, ſivè immediatè poſt cartam pęnitenti poſteà legendam, in qua ad inhoneſta ſollicitat, ſeù turpia pertractat, & qui dictam cartam ſumpſit, non excuſatur ſi idem Confeſſario confiteatur, quaſi ipſe Confeſſarius valeat eum, non obligare ad denunciandum.

XVIII. Medici, prout ſtatutum fuit in Concilio Generali (*d*) ut cum primum ad Infirmorum curam vocantur, ipſos antè omnia moneant, ut Medicos advocent animarum, quod ſi poſt tres dies à prima viſitatione, vel niſi prius aliud neceſſitas expoſcerit, non curaverint, ut prædicti infirmi peccata ſua idoneo Confeſſario confiteantur, aut aliàs, non deſerverint, uſquequò Infirmus ipſe pęnitentiæ Sacramentum, non ſuſceperit pęnam excommunicationis latæ ſententiæ, Nobis reſervatam in-

F cur-

(a) *Greg.* XV. *contr.* Univerſit. & *juxta lit.S.C.in q.*3. *oct.* 1626. *cap. omnes cum ſeq.q.*30. *q.*1. (b) *Bonac.de Sacr.pœn.diſp.*5. *q.*7. *punct.*5. §.5. *nu.*10. *Monaceli.tit.*13. *decr.de comi quotonu.*15. (c) *Lit.circul.S C in q.*17. *Septembris* 1624. (d) *C.Lateran.*IV. *can.*22. *S.Pius* V. *in conſt.* ſuper gregem Dominicum.

currant: Et hæc omnia ad formam mandatorum prò Medicis, de quibus in Appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum.

XIX. Solùm animarum curam habentes (a) in propria Parochia, & Pęnitentiarius per Civitatem, & Diœceſim poſſunt abſquè alia approbatione, & licentia hoc Pęnitentiæ Sacramentum adminiſtrare, ſtatim, ac ad Pœnitentiarum, & ad animarum Curam per pacificam poſſeſſionem fuerint inſtituti: Quo ad alios verò nullius Sacerdos, (b) ſive Sæcularis, ſivè Regularis audeat Sacramentales Confeſſiones excipere, niſi anteà à Nobis approbatus, licentiam obtinuerit: & ſi ſecùs, ſi Regularis ſit pęnam excommunicationis ipſo facto incurrat, cui etiàm ſubiicimus Sacerdotes Sęculares, qui id attentare auſi fuerint, aliis etiàm pœnis noſtro arbitrio reſervatis, prò qualitate exceſſus punituros.

XX. Et numquàm dabitur Regularibus Sacerdotibus licentia excipiendi Sacramentales Confeſſiones, quamvis ad hoc munus ipſi, & peritia, & ſcientia idonei appareant, niſi à Monaſterii Præfecto, literis, teſtatum fiat, eos, in probatiſſimis, etiàm pro Confeſſarijs datis S. Caroli monitis, inſtructos eſſe, & vitæ diſciplina, ac moribus probatos haberi, ac dignos, quibus id munus laudabilitèr imponatur: Et animadvertant Superiores in hoc teſtimonii genere, ne quid teſtificando admittant, quod eorum Religioſæ Conſcientiæ fraudi ſit in præjudicium prælibati muneris.

XXI. Itaut ſinè noſtra approbatione, & licentia prohibitum etiàm cenſeri volumus quibuſcumque Sacerdotibus ſivè Sæcularibus, ſivè Regularibus, ut nec minus Sacramentales Confeſſiones peccatorum venialium excipere valeant, juxtà decretum fel. rec. Innocentii XI. *de Communione quotidiana*: Et hoc idem quo ad alios quoſcumque, qui à noſtris Prædeceſſoribus eandem habuerunt approbationem, & licentiam, & à Nobis ea, non dum fuerit recognita, & confirmata: prout illis quoque qui curam animarum habuerunt, ut ſi ab ea poſteà ſe dimiſerunt, non audeant ſine alia noſtra approbatione, & licentia Sacramentales Confeſſiones excipere, præterquam in mortis articulo, in quo quilibet Sacerdos quoslibet pænitentes, ab omnibus peccatis, (c) & Cenſuris poteſt abſolvere cum onere, quo ad Cenſuras, ſe præſentandi coràm ſuo legitimo Superiore, ad præſcriptum Sacrorum Canonum.

XXII. Et ſi quod abſit aliqui, non Sacerdotes auſi fuerint Confeſſiones Sacramentales audire, meminerint conſtitutionis Clementis VIII. incipientis: *Et ſi alias*, & Vrbani VIII, quæ incipit: *Apoſtolatus* quibus contrà hujuſmodi temerarias perſonas ultrà Sacrilegium, quod committunt, cavetur ut degradentur, & brachio ſæculari tradantur.

XXIII. Qui verò licentias falſas audiendi Sacramentales Confeſſiones

(a) *Vid. Fagn. in cap grave. de Preb. num. 12.* (b) *Trid. ſeſſ. 23. de refor. cap. 15. Greg. XV. conſt.* Inſcrutabili, *Vrban. VIII. conſt.* cum ſicut, (c) *S. C. T ſeſſ. 14. cap. 6. de caſib. reſerv.*

nes formaverint, vel ab aliis falsò firmatas ſcientèr uſi fuerint; & pęnam excommunicationis, ut ſuprà latam contrà excipientes Confeſſiones ſinè noſtra approbatione, incurrant ipſo facto, & etiam aliis pęnis, tùm in jure ſtatutis, tùm contrà falſarios per Nos determinatis punientur.

XXIV. Curent Parochi Noſtræ Dięceſis, & præſertim Canonicus Pęnitentiarius, prout eiſdem diſtrictè præcipimus, ut ſemper ſint parati ad audiendas Sacramentales Confeſſiones, abſquè perſonarum exceptione; (a) quas omnes benignitèr excipiant: & meminerint eorum Supremæ poteſtatis, Judicis ſcilicet, Medici, & Doctoris, quam exercent ſuper animas Chriſti Sanguine redemptas, quod ſi fortè, ſinè legitima cauſa, debitis tamen modis, non dimiſerint, pro qualitate facti punientur.

XXV. Quos tamen Pœnitentiarius, & Parochos (b) prò præſentibus in Choro, ubi ejus ſervitio ſunt addicti, habendos eſſe declaramus, dum audiunt Sacramentales Confeſſiones in eorum Eccleſiis, ſivè in Sede Confeſſionali, ſivè extrà, vel Infirmis aſſiſtunt reſpectivè, non tamen prò tempore quo ſinè neceſſitate in Confeſſionali ſedent; nec Confeſſiones audiunt, & nec pœnitentes expectant ad eos inſtruendos, aliis in Choro divina celebrantibus: Item, nec ſi Miſſam celebraverint, aut ſi privatum Officium recitaverint, etiam ut opportunius Confeſſiones audiant cenſendos eſſe præſentes in Choro.

XXVI. Et non ſolum cenſentur præſentes (c) in Choro, ſed etiam Proceſſionibus, & Supplicationibus, ac Defunctorum exequiis, quæ eo tempore, quo ipſi Confeſſiones audiunt, fiunt: Requiritur tamen, ut ſuprà dictum fuit, quod realiter Parochi, & Pænitentiarii confeſſiones excipiant, aut pænitentes ad eos inſtruendos cum effectu expectent.

XXVII. Officium vero Canonici Pænitentiarij, nuper in hac Noſtra Cathedrali inſtituti, ſit & eſſe cenſeatur in ſede Confeſſionali à Nobis deſtinata, aſſiſtere, præſertim diebus feſtis ſolemnioribus, etiam non vocatus, videlicet tempore *Jejuniorum, Quadrageſimæ, Adventus, Quatuor temporum, Reſurrexionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes: Corporis Chriſti, Aſſumptionis B. M. V., omnium Sanctorum, & Nativitatis Domini*, ibique, & ubi opus fuerit recipere Sacramentales Confeſſiones, & quilibet Diæceſanus poteſt eidem confiteri peccata ſua tempore Paſchatis, & ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, contento in *Cap. omnes utriuſque ſexus de Pænit., & remiſ.*; Non audeat à caſibus Nobis reſervatis, ſed quoad facultatem abſolvendi ab eiſdem recurrat ad ea quæ per Nos infrà diſponuntur, *part. 7. cap. 5. num. ultim.*

CAP. VI.

De Sacramento Extremæ Unctionis, ubi De Viſitatione, & Cura Infirmorum.

I. ADverſarius Noſter (d) per totum Noſtræ vitæ tempus, circuit quærens quem devoret, ſed cum impendere Nobis vitæ exitum

F 2 prof-

(a) *Can. qui vult. de pænit. d. 6 cauſ. all gant. 26. q. 2.* (b) *Vid. Barb. de caſt. & dignit. cap. 26. n. 20.* (c) *Barb. ibid. n. 21.* (d) *Trid. ſeſſ. 14. de Sacr. Extr. Unc. cap. 1.*

proſpicit vehæmentius omnes ſuę verſutiæ nervos intendit ad perdendos Nos penitus, & à fiducia, etiam ſi poſſit Divinæ Miſericordiæ deturbandas: Tunc igitur permaximè ad Sacramentorum præſidium recurrendum eſt, & poſtquam Infirmis Sacramentum Pænitentię fuerit adminiſtratum, & ipſi fuerint Sacra Communione refecti, ſi poſsit dari talis opportunitas adhibendum eſt etiam hoc Sacramentum Extremæ Unctionis.

II. Etenim hoc Sacramentum (a), non ſolum ad ſanitatem corporis, ſi animæ ſaluti conducat reparandam, ſed etiam, & quidem principaliter inſtitutum eſt ad conferendum infirmo ſpeciale quoddam gratiæ actualis auxilium, tùm ad ſuperandas tentationes in articulo mortis occurrentes, tùm ad ſpem, & confidentiam facilius, & firmius in Deum eligendam, tùm etiàm ad morbi, & morbi moleſtias cum majori patientia tolerandas.

III. Curent proptereà Parochi nè ſub pænis contentis in Sacris Canonibus & aliis Noſtro arbitrio reſervatis, quis eorum negligentia ægrotus, ſine hoc Sacramento, quod magnum animæ, & corporis anthidotum eſt, decedat: Ait enim Divus Jacobus ex Chriſti Domini Noſtri inſtitutione: *Infirmetur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit Infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit remittuntur ei.*

IV. Meminerint tamen Parochi (b) eos ſi opportunè id fieri queat inſtruere, quibus diſpoſitionibus illud recipi debeat, & de omnibus ejus effectibus: Et quod licet, non ſit abſolutè neceſſarium, tamen ſinè peccato gravi ullo modo negligi, aut contemni poteſt, ne ſuis mirabilibus effectibus pro quibus inſtitutum eſt in maximum ſui corporis, & animæ præjudicium privetur: Et ſicuti Parochi debent illud adminiſtrare, dumtaxat infirmis in extremo vitæ periculo conſtitutis, ſic advertant nè illud adeò differant, ut ægroti ſenſibus, & rationis uſu deſtituti, uberiorem Sacramenti gratiam non percipiant.

V. Utantur Parochi in adminiſtratione (c) hujus Sacramenti veſte talari, ſuperpelliceo, mozzetta coloris violacei, & Stola: Habeant ſecum Clericum, qui aſperſorium ferat, & Immaginem Crucifixi; Et curent, ut illud ſuſcepturi prius Sacramentali Pænitentiæ lavacro à peccatis, ſe emundent, & quod Sacra Euchariſtia ſint refecti; & numquam in eadem infirmitate reiteretur, niſi ſit diuturna, & cum infirmus convaluerit, iterum in mortis periculum incidit, quo caſu denuò hoc ſalutari præſidio muniatur.

VI. Quibus autem illud conferri, quo ritu, qua materia, & qua forma, queve corporis partes, hac Sacra unctionè liniri debeant, & cætera hujuſmodi ſi ſcire oporteat Parochus, adeat Rituale Romanum, quod ſemper in adminiſtratione Sacramentorum, & hujus præſertim præmanibus habeat *hoc eod. tit.*, & quod ibidem diſponitur, adunguem ſervet.

VII. Ca-

(a) *Trid. ibid.* (b) *Conſtit. Rom. p. 2. de Extr. Unct. §. 12.* (c) *Rit. Rom. hoc tit.*

mulieres ungantur in pectore . Concilio ... an: 1585 . pag: 65 = Synodo ... anni 1649 pag. 116.

VII. Caveant (*a*) Regulares, ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ Sedi Apoſtolicæ reſervatæ, & ne audeant hoc Sacramentum Clericis, aut laicis; contrà diſpoſitionem Sacrorum Canonum miniſtrare, quod ſolum eſt officium Parochi: Et alii Sacerdotes (*b*), non niſi in caſu neceſſitatis, vel eo mandante, hoc explere poterunt.

VIII. Sanctum Oleum, ne qua per diabolicas artes ei injuria afferatur, nevè ulla in eo cuſtodiendo miniſtrorum incuria Divini judicii diſtrictione coarguantur: Mandat hæc Noſtra Sancta Diœceſana Synodus, ut ſumma diligentia in hac Noſtra Cathedrali in Sacriſtia, prout hactenus in uſum abijt: & in aliis Eccleſiis Parochialibus hujus Diœceſis patenti, & decenti loco à cornu Evangelij propè altare majus clave muniatur, quæ ab ejſdem Parochis ſervetur, ſub pænis Noſtro arbitrio reſervatis, & in ejus Oſtiolo à parte exteriori inſcribatur: *Olea Sancta.*

IX. Duo adſint pro hoc ſancto Oleo vaſcula, unum in quo cuſtodiatur illud in loco prædicto, & aliud prò delatione Olei Sancti ad infirmos intrà thecam, ſeù burzam ſericam violacei coloris, cum bombaceo: Quę theca longiores habeat cordulas, ut commodè poſſit à deferentis collo pendere, ſi aliquandò contingat ſimul cum Sanctiſſimo Viatico ad infirmum ob mortis periculum deferri: & bombaceum, quo in adminiſtratione Sacramenti uſus fuit abſtergendo partes in infirmo inunctas, apud infirmum, non remaneat, ſed ſecum recollectum comburendum deferat: Et vaſcula prædicta volumus, ut ſint argentea, & in Eccleſijs pauperibus ſaltèm de ſtamno puro: Quod pariter mandamus, quo ad alia vaſcula aliorum Sacrorum oleorum, cum alijs Epigraphis ſolitis.

X. Quod Sanctum Oleum omninò renovari debet unoquoque anno (*c*) vetere ignè combuſto, & ejus Cineres in Sacrario recondi: Quod fiet ſtatim poſt novi Conſecrationem: & prohibemus, prout de jure prohibitum eſt, tàm iſtud, quam ullum aliud Sacrum Oleum recipi ab alienis Epiſcopis Nobis inconſultis, & abſquè noſtra in ſcriptis obtenta licentia, ſub pæna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda: & eiſdem Parochis, ſivè quibus eorum cura incumbit, ſub eadem pæna injungimus, ne ea ad alienæ Diœceſis uſum impertiantur, ſinè dicta Noſtra licentia.

XI. Et numquam omninò conſignentur Sacra Olea laicis, vèl ſimplicibus Clericis, ſed ſaltèm alicui in Diaconatus ordine conſtituto (*d*), qui illa in Sacrorum Oleorum diſtributione ſumat, & decentèr deferat ad ſuam Eccleſiam, à qua miſſus fuit intrà Capſulam ſera ferrea clauſam: & Archipresbyteri locorum eundem cum ſuis literis ad Thæſaurarium, ſeù Cimiliarcam, qui prò tempore fuerit hujus Noſtræ Sanctæ Eccleſiæ committentur: & trangreſſores in predictis multentur pæna ducatorum decem, pijs uſibus applicanda.

XII. Scian-

(a) *Clem. 1. de privileg. clem. dudum. de ſepult.* (b) *Catech. Rom. loc. cit. §. 27.* (c) *Conc. Art. IV. can. 36. relat. in Can. Presbyteri 295 Rit. Rom. hoc tit.* (d) *Gloſ. Can Presbyteris ... per illum 96. d. apud D. Card. Petra ad conſtit. 5. Innoc. VIII. ſect. unic. n. 18.*

XII. Sciant tandèm Parochi, non poſtremas eſſe ipſorum partes (a), nec eorum muneri ſatisfeciſſe, ſi adminiſtratis Sacramentis infirmis, eos poſteà deſerant, ſed inſuper teneri, & obligatos eſſe, quod ipſis ſub obteſtatione divini judicii jungimus, illos, non obſtante, quod eis fuerint adminiſtrata Sacramenta, interdum viſitare, & frequentius, quo magis ipſos gravari repererint, quos iis monitis, ferventioribus præcibus, & reiteratis actibus præſertim fidei, ſpei, & charitatis, aſſidue, & tempeſtivè adjuvando, ad vitæ, exitum, uſquè proſequantur.

XIII. Quod ſi legitimè fuerint impediti, id præſtandum curabunt omninò per alios Sacerdotes, ut præfatum eſt hac *cad. part. 2. cap. 1 de Sacror. admin. num. 11.*, aut ſaltem, & in omni caſu per laicos homines pios, & Chriſtiana charitate præditos, ſed & in angonia laborantibus, & mox expiraturis ipſi Parochi per ſe omninò hoc maximum præceteris munus adimplere ſatagant: Cum hoc ſit momentum, undè pendet æternitas, aliàs, & Carcere, & multis, & Cenſuris, imò, etquo pejus poterimus, ſemper tamèn ad formam juris, ſed prorſus abſquè ulla indulgentia per Nos punientur, ultrà flagitium, quod committunt coràm Deo, prò quo reddere tenentur animam prò anima.

C A P. VII.

De Sacramento Ordinis, ubi De promovendis ad illud.

I. CHriſtus Dominus qui in legge Evangelica fuit primus Sacerdos, *Secundum Ordinem Melchiſedech.*, miſſurus Apoſtolos ad ejus Sacroſanctum Evangelium prædicandum, *oravit*, & ſolus *oravit*, per quod ſatis, ſuperque Epiſcopos docuit, quantum iſdem circà perſonarum promotionem ſe circumſpectos habere debeant: Tunc, inquam *oravit*, & ſolus *oravit*, ut ſcilicet eum majori attentione, id faceret: Et Apoſtolus mandat, *nè tam citò manus imponantur*, quibus oſtenditur matura conſideratio, quam, non ſolum circà promovendos ad ordines habere debent Epiſcopi, ſed etiàm, quam, & iidem promovendi debeant præmittere, ut non, humana ratione (b), aut reſpectu aliquo, ſed Sancti Spiritus impulſu ad altaris miniſterium admittantur, ne ea propria temeritate ſibi ſumentes, non Eccleſiæ miniſtri, ſed fures, & latrones, qui per Oſtium, non ingreſſi, habeantur.

II. Quicumquè, itaque, ad Ordines promoveri deſiderat, ſuum adeat Confeſſarium, alioſque pios, & doctos viros, à quibus id conſulendum erit, quod aſſumendi muneris gravitati, & promovendi profectui magis in Domino viſum fuerit: Quo circà eos monitos facimus, ut de conſilio requiſiti, illa, qua decet ſinceritate promovendi prius idoneitatem, vitam, ac mores inſpiciant, & quo ductu id faciunt, an inquam ex Divini Spiritus impulſu? vel potius humana ratione, ſeù reſpectu, ut ii ſolum eligantur; qui *vocantur à Deo tamquàm Aaron*, nè propter indignum, promo

(a) *Rit. Rom. hoc tit. & tit. de cur. infir.* (b) *Cap. fin. de tem. ord. in 6. Trid. ſeſſ. 23. de ref. cap. 1. 2. 3.*

promotionis conſilium, & ipſi de ordinatorum flagitio pariter: & ſi .nt.

III. Et qui ad primam Tonſuram promovendi ſunt advertant, ut neque per commodum, nequè per gratiam id faciant: Nàm ut ait(*a*), Sanctus Pontifex Gregorius *hoc peccatum grave eſt, & ſinè correctione, hoc non patitur remanere*: Et ut de prædictis melius ſibi ipſis periculum faciant, volumus, ut per ſex menſes de Noſtri licentia, veſtes Clericales aſſumant, & ſuum quodammodo ad Eccleſiaſticam vitam tirocinium præmittant, quo dignoſci poſſit, utrum in veritate ad fidelem cultum Deo præſtandum, an verò temporalis commodi cauſa initiari cupiant.

IV. Certe miniſtrorum multiplicatio ad divini cultus augumentum pertinet: Sunt tamen quàm plures, qui Clericali Militiæ, prætextu quidem Deo inſerviendi, ſe adſcribi curant, ſed revera ad declinandum forum ſæculare id faciunt: Undè, & creba inter utrumque forum perſæpè inaudiuntur, diſſidia, & libertas & majeſtas Eccleſiaſtica in dies magis, ac magis concutitur: Quo circa Nos, nonniſi eos promoveri intendimus, quos utiles, & neceſſarios Noſtris Eccleſiis in Domino dumtaxat videbimus; *Diaconos* enim, ut habet Sanctus Hyeronimus *paucitas, honorabiles, Presbyteros turba contemtibiles facit.*

V. Ad quoſcumque ordines promovendi, habeant omnia requiſita ad formam Sacrorum Canonum, in unum ferè congeſta in *Sacro Conc. Trid. ſeſſ. 23. de Reform. cap. 5., uſque ad 15. incluſ.*, & Conſtitutionibus Synodalibus Prædec. Noſtrorum, de quibus in notula requiſitorum prò prima Tonſura, & aliis ordinibus, tùm majoribus, tùm minoribus infrà apponenda: & Noſter Vicarius Generalis ea omni diligentia diſcutiat (*b*), & Nobis antè Sacram ordinationem referat: Qui ut planè muneri ſuo ſatiſfacere valeat, illa ſaltem per decem dies ante generalem ordinationem, ut ſibi exhibeantur curet, alias reiciantur prò illa ordinatione, ut quoque, ſi aliquo reperiantur impedimento irretiti.

VI. Conſtitutione Concilij Turonenſis cautum eſt, ut Presbyter priuſquam ad Presbyteratus conſecrationem accedat in Epiſcopio maneat ſuum diſcendi gratia officium, donec mores etiam, & actus ejus animadverti poſſit, ut ſi dignus repertus fuerit, ad Sacerdotium promoveatur: Nos igitur eidem Conſtitutioni aliiſque Sacris Canonibus & edictis generalibus Prædeceſſorum Noſtrorum inherentes, hac Synodali Conſtitutione edicimus, omnes ad minores, vel ſaltem ad majores ordines promovendos adminus per ſex menſes continuos ante ordinationem in Noſtro Sacro Seminario omninò commorari debere, alias ab ordinibus ſuſcipiendis rejectos eſſe norint.

VII. Ad primam Clericalem Tonſuram promovendi, prout ſtatutum eſt in Concilio Provinciali XIV., & in Synodo Diæceſana (*c*), beneficium aliquod habeant Eccleſiaſticum, vel penſionem annui redditus ad minus ducatorum quindecim monetæ hujus Regni, omnibus oneribus deductis vel

(*a*) *Lib. 4. Epiſt. 55* (b) *Trid. loc. cit. cap. 7.* (c) *Catalan. 1690. tit. 25. cap. 2.*

vel ſi ad titulum Patrimonij ex cauſis Nobis benè viſis,nec minus promoveantur, niſi illud ſit ejuſdem annui redditus:Et promovendi ad Sacrum Subdiaconatus ordinem, beneficium habeant, vel penſionem Eccleſiaſticam, aut Patrimonium, modo quo ſuprà dictum fuit, quod ſit annui redditus ducatorum triginta in tot bonis ſtabilibus fructiferis, non falſum, non fictum,non fiduciarium, non litis obnoxium, ſeù oneri, aut æri alieno,hypotecæ, vel cuilibet ſuppoſitum,quo potiori jure reperi,aut evinci poſſit,ſed verum & effectivum,& quod in valore excedat omninò ſummã ducatorum tercentum quę annuis redditibus dictorum duc.triginta correſpondeat: Et hęc omnia authenticis documentis plenè juſtificari, & ſuper eiſdẽ teſtes benè informatos,pręvio eorũ juramento examinari mandamus.

VIII. Et, ut fraudi aditus pręcludatur (a),iàm bonorum Patrimonialium, quam donationis Inſtrumenta inter Miſſarum ſolemnia tribus Dominicis, aut aliis feſtis diebus Populo denunciabuntur, & dantes gloriam Deo, ſuper titulo denunciato veritatem in Domino ſub pęna excommunicationis, ſi quid denunciandum norint, proferant,& revelent: Volumus inſuper, & mandamus, quod tam qui Patrimonium aſſignat,quam is cui illud aſſignatur jurejurando affirment, quod bona quę aſſignantur verè,& realiter in ordinandi dominium, & poſſeſſionem transferãtur, quod ſi iis, non obſtantibus promovendus ad Sacrum Subdiaconatus ordinem fraudem aliquam committat, ſi in eodem ordine adminiſtret, irregularis efficitur, & ad alios ordines ſuſcipiendos incapax redditur.

IX. Et qui Beneficium, penſionem Eccleſiaſticam, ſeù Patrimonium ad quorum titulum ipſe fuerit ordinatus reſignaverit; aut reſpective alienaverit, extinſerit, vel remiſerit, alio ſufficienti Beneficio, vel penſione Eccleſiaſtica, & Patrimonio, de noſtri tamen nonniſi in terminis diſpoſitionis *Sac. Conc. Trid. Seſſ.21.de refor. cap.2.* in ſcriptis concedenda licentia, non ſubrogato, ultrà nullitatem actus ſimiliter ipſo facto ſuſpenſus ab exercitio ordinum ſit.

X. Inter alia ad Sacros ordines requiſita, volumus, ut alias per Noſtros Prædeceſſores ſtatutum eſt, ex eodem Concilio Provinciali illud quoque annumerari Eccleſiaſticis ad modum neceſſarium, puta Sacrorum Rituum, & Cantus Gregoriani peritiam de qua ipſos examinari volumus, ut Parochialibus; vel aliis Eccleſiis, quibus noſtrorum juſſu addicendi erunt, utilius inſerviant.

XI. Monemus inſuper omnes, & quoſcumque, & eos in Domino adhortamur, ut cum promovendorum deſiderium inter Miſſarum ſolemnia per ſolitas denunciationes Populo exponitur, ſi aliquod impedimentum ipſis contrà eos innotuerit prò Deo, & propter Deum Archipresbyteris, & Vicariis locorum, vel Nobis ſcripto, aut verbo ſecretò, & quo ipſis melius placuerit, fidelitèr denuncient.

XII. Nemo abſque nullo delectu, aut perſonarum exceptione, ad mino-

(a) ... ſynod. celat. ... cap. 9. 2.

minores, vel ad majores ordines admitti volumus, niſi peractis per decem dies exercitiis Spiritualibus apud Sacerdotem, ſivè Sæcularem, ſivè Regularem, per Nos ſuis aptis temporibus deſignandum ad formam literarum Encyclicarum de mandato Venerabilis Servi Dei Innocentii XI. de quibus in Appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum.

XIII. Meminerint autem, tùm noſter Vicarius Generalis, tùm omnes alii, quibus promovendorum requiſitorum inſtructio, & recognitio fuerit demandata; Necnon Examinatores Synodales; quatenus quocumque humano reſpectu, ſivè neceſſitudinis, ſivè amicitiæ, ſivè commendationis poſthabito, ſolius Dei honorem, & dignam Miniſtrorum ſuorum aſſumptionem, præoculis habeant.

XIV. Et ii magis caveant, (a) nè præfatorum officiorum ſuorum intuitu reſpectivè antè, vel poſt inſtructionem, diſcuſſionem, vel admiſſionem requiſitorum, ſivè ipſum examen directè, aut indirectè à promovendis aliquid recipiant ſub pęna ſuſpenſionis à Divinis in quam tam ipſi recipientes, quam etiam dantes ultrà Simoniacæ labis, pęnas incurrant.

XV. Presbyteratus Ordines promoti, primam Miſſam, non celebrent abſquè noſtra in ſcriptis expreſſa licentia, gratis concedenda, quam obtinere non tentabunt, ſi in cęrimoniis Eccleſiaſticis ab aliis jam peritis Sacerdotibus per Nos deſignandis, inſtructi, non fuerint.

XVI. Et tamquam ſuperſtitioſa damnamus, prout damnat noſtrum Sacrum Concilium Provinciale, ſumptuoſa Convivia, Ludos, Choreas, & omne inanium oblectamentorum genus, omneſque alios hujuſmodi abuſus, qui Populi temeritate, vel avaritia in novæ, ut vocant Miſſæ celebrationem irrepſerunt, & in eos, qui in hoc genere aliquid peccaverint in pęnis, & multis arbitrio noſtro reſervatis animadverti decernimus.

XVII. Literæ teſtimoniales quas prò Prima Tonſura, vel aliis Ordinibus, tùm minoribus, tùm majoribus ab alienis Epiſcopis ſuſcipiendis in poſterum concedemus ſuum ad duos dumtaxat menſes, vel longius prò diſtantia loci, tempus prò noſtro arbitrio præſcribendum effectum conſequi poſſe volumus, & ultrà terminum in illis aſſignatum ſint nullæ, & invalidæ; Itaut eorum vigore promoti, pęnam ſuſpenſionis ab ordinum ſuſceptorum exequutione ipſo jure a Sacro Concilio Tridentino inflictam non effugiant.

XVIII. Prout quoquè decernimus exteros, qui literas dimiſſoriales ſui Ordinarii prò certis Ordinibus ſuſcipiendis nobis directis deferunt, per Curiam Noſtram, non admittantur, ſi duobus, vel tribus menſibus, antè Sacras Ordinationes, quibus initiati ſunt, fuerint datæ, niſi ob loci diſtantiam, aut ordinandorum diuturnam à ſuis Epiſcopis abſentiam, vel aliam id generis cauſam vetuſtiores admittendas eſſe adjudicaverimus.

(a) *Trid. ſeſſ. 21. de refor. cap. 1.*

Digitized by Google

XIX. Moneantur Superiores Regulares, quod daturi literas dimiſſoriales pro ſuis Subditis etiam Regularibus, qui ad Ordines promoveri voluerint, illas ad Epiſcopum Diœceſanum, nempè illius Monaſterii, ſeù Conventus, in quibus ordinandi ſunt de familia dirigere debent, juxta decretum *Sac.Conc.Trid.* de ordine *Clementis PP.VIII.* æditum: Et ad Subdiaconatus ordinem promovendi Regulares authenticum teſtimonium de ſolemni emiſſa profeſſione, & de exercitiis Spiritualibus factis, in noſtra Cancellaria exhibeant.

XX. REQUISITA ORDINANDORUM
Prò Prima Tonſura.

I. *An ſit de legitimo matrimonio natus, quandò baptizatus, & num Sacro Chyſmate confirmatus?*

II. *Si habuerit aliquandò uxores, & num unicam, & virginem?*

III. *Si habeat aliquod Corporis, vel animi vitium, vel Canonicum, impedimentum, publicum, vel occultum, ob quod, non poſſit ad ordines promoveri?*

IV. *Si exercuerit aliquod officium laicale, ex quo irregularitas potuerit exoriri?*

V. *Si reperiatur de aliquo crimine inquiſitus, vel diffamatus, in qua Curia, & qua de Cauſa, etiam ſi non ſit deductum ad forum contentioſum?*

VI. *Si totius ejus vitæ curſu piè, & religioſe ſe geſſerit, honeſtiſque vita, & moribus ſit ornatus?*

VII. *Si frequentaverit Sacramenta Confeſſionis, & Communionis?*

VIII. *Si aſſiduus fuerit in Schola, vel Studio in aliqua Univerſitate?*

IX. *Si neceſſitas urget, ut militiæ Clericali adſcribi, & prima clericali Tonſura inſigniri debeat, & idcircò Clericorum Pareciæ numerus referatur?*

X. *Si medietatem Patrimonii, quæ ſit ducatorum quindecim pacificè poſſideat, & an de eo factæ ſint publicationes, juxtà* num.8. *infrà prò Subdiaconandis?*

XI. *Si habitum Clericalem geſſerit, & Eccleſiæ Servitium præſtiterit per præſcriptos menſes probationis?*

XII. *Si alios fratres habeat, & quis eorum ſit major natu?*

XIII. *Si tres publicationes, quo ad tonſurandi perſonam factæ ſint?*

XXI. PRO' MINORIBUS ORDINIBUS.

I. *Literæ teſtimoniales de prima Tonſura ſuſcepta?*

II. *Perquiſitio in Curia Epiſcopali, an ſit inquiſitus, proceſſatus, vel diffamatus, ut ſupra* num.5.

III. *Si in habitu, & tonſura ad formam Conſtitutionis Synodalis ſemper inceſſerit, & an bonis moribus polleat?*

IV. *Si ſingulis quindenis diebus Pænitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta perceperit.*

V. De

V. *De Schola, vel literis, quibus operam navat?*

VI. *Si coadjuvaverit Parochum in Doctrina Chriſtiana tradenda?*

VII. *De exercitio ordinum ſusceptorum, & ſervitio præſtito Eccleſiæ cui eſt adſcriptus, niſi cauſa ſtudiorum abſit?*

VIII. *Si collationibus Caſuum Conſcientiæ aſſiduè interfuerit?*

IX. *Si in cantu Gregoriano ſit verſatus?*

X. *Si exercitia ſpiritualia per decem dies in præſcriptis locis peregerit.*

XXII. DE SACRO SUBDIACONATUS ORDINE.

I. *Literæ teſtimoniales de ſuſceptis Minoribus Ordinibus.*

II. *Perquiſitio in Curia Epiſcopali, an ſit inquiſitus &c. ut ſupra* n.2.?

III. *Fides Baptiſmi, quod ſit in ætate annorum viginti duorum.*

IV. *De ſervitio in divinis præſtito Eccleſiæ, cui ſubeſt.*

V. *De Schola, vel Studio, in quo verſatur.*

VI. *Frequentia Sacramentorum Confeſſionis, & Communionis ſigulis quindenis diebus.*

VII. *Fides de vita, moribus, & exemplo, tàm in habitu, inceſſu, ſermone, quam in aliis rebus, &c.*

VIII. *De publicationibus in Eccleſia Porochiali, factis, tàm quoad perſonam; quam quoad titulum beneficij, vel Patrimonij, & publicentur bona aſſignata, cum ſuis Confinibus, & a quo ſibi fuerint donata, an ſint libera, vel alicui hypotecata? an gravata aliquo onere, præſertim Miſſarum, livello, fideicommiſſo purificato, vel purificando, & an reddat annuos ducatos triginta. Et quo ad beneficium: an ſit in pacifica poſſeſſione ejuſdem, de qua realitate, & affectivitate ejuſdem tituli Patrimonialis, tam reſpectu aliorum fratruum, quàm æris alieni, ac quorumcumque intereſſe prætendentium, facto etiam acceſſu ſuper faciem loci, & peritorum timoratæ conſcientiæ judicio perpenſo.*

IX. *Teſtimonium Parochi, quod ordinandus ſe coadjuvavit in docendo Doctrinam Chriſtianam.*

X. *Neceſſitas Eccleſiæ, cui eſt adſcriptus.*

XI. *An Cantum Gregorianum didicerit, & Collationibus caſuum Conſcientiæ, & Sacrorum Rituum aſſiduè interfuerit.*

XII. *Fides, quod prò ſuſceptione ordinis Subdiaconatus exercitia ſpiritualia in præſcriptis locis ſaltem per decem dies fecerit.*

XXIII. PRO SACRO DIACONATUS ORDINE.

I. *Vltra de Prædictis, de pacifica poſſeſſione, & fructuum perceptione Beneficii, vel Patrimonii.*

II. *Literæ Teſtimoniales de ſuſcepto Subdiaconatus ordine.*

III. *Quod ordinem Subdiaconatus exercuit, in eoque ſit verſatus.*

IV. *De ætate viginti trium annorum inceptorum.*

XXIV. PRO SACRO PRÆSBITERATUS ORDINE.

I. *Literæ teſtimoniales de ſuſcepto Diaconatus ordine.*

II. *Quod ſit in ætate viginti quinque annorum ſaltem iuceptorum.*

III. *De exercitio ordinis Diaconatus præſtito Eccleſiæ cui eſt adſcriptus.*

Cætera verò requiſita, prout dictum eſt
De Diaconatus ordine

§. Unicus.
De Officio Exorciſtæ.

I. HOc officium, quod nonniſi in Jejunio, & Oratione (*a*) exercetur aggredi certè periculoſum eſt: Quomodò autèm, & à quibus exequi debeat Rituale Romanum certas præſcribit Regulas, eoque proptereà, ubi caſus occurrerit, uti volumus, prout quoque, ut nemo ſine noſtra in ſcriptis obtenta licentia, ut alias ſuis literis circularibus mandavit Sacra Congregatio Univerſalis Inquiſitionis de Urbe 30. Auguſti 1700. de quibus in appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum, ſub pœna ſuſpenſionis à divinis ipſo facto incurrenda hoc p uin opus exercere audeat, & ſi fuerit Regularis punietur, tùm arbitrio noſtro, tùm facultatem excipiendarum Confeſſionum Sacramentalium, ſi obtinuerit ipſo jure amittat, abſque ſpè eam ulterius obtinendi.

II. Et ſi quis, quod Deus avertat hujus miniſterii ſanctitate abuſus (*b*) aliquem hac occaſione arrepta ad turpia induxerit, ipſo facto ſit excommunicatus, aliiſque in eum corporalibus pœnis graviter animadverti decernimus: & pari modo (*c*) ſi hoc grave miniſterium exercens ad capiandum ſibi lucrum, & quæſtum exequatur, graviter punietur: & multo magis ſi mercedem aliquam exinde exigere auſus fuerit.

CAPUT VIII.
De Sacramento Matrimonii.

I. APoſtolus ad Epheſios de matrimonio loquens: *Sacramentum*, inquit, *hoc magnum eſt: Ego autèm dico, in Chriſto, & Eccleſia*; Quæ Apoſtoli verba explicans Sanctus Auguſtinus: (*d*) *Hoc Sacramentum*, ait, *in Chriſto, & in Eccleſia magnum in ſingulis quibuſque viris; atquè uxoribus minimum, ſed tantùm conjuntionis inſeparabilis Sacramentum*: quibus verbis docet, *Matrimonium* eſſe Sacramentum *magnum*, quidem, quatenus Chriſti cum Eccleſia *conjunctionem* ſignificat, *minimum* verò *in dignitate, ſi conferatur cum aliis Sacramentis*, undè, & ultimo loco inter ea numeratur.

II. Hoc autèm Sacramentum præter gratiam ſanctificantem, quam confert, quod illi cum aliis Sacramentis commune eſt, & gratiam Sacramen-

(a) *Rit. Rom rubr. de exerc obſer.* (b) *S.C.C. in Florentin. 22. Febr. 1575.* (c) *Rit. Rom. [illegible]* (d) *lib. 2. de nupt. & corrupt. cap. 21.*

mentalem, quæ illius propria eſt, & peculiaris, conſiſtitque in quibuſdam ſpecialibus gratiæ actualis auxiliis (a) quę hujus Sacramenti intuitu conjugibus opportuno tempore conferuntur, ad ipſius matrimonij officia debite, ac rectè obeunda: Tres ſunt præthereà hujus Sacramenti effectus, qui alio nomine vocantur *bona Matrimonii*, ſcilicèt *Sacramenti indiſſolubilitas, prolis legitima ſuſceptio, ac educatio, & thori conjugalis fides.*

III. Certum eſt enim matrimonium intèr Chriſtianos legitimè contractum, & ab ipſis conſumatum eſſe omninò indiſſolubile, quoad vinculum licet quoad thorum, & cohabitationem poſſe uxorem, & virum ad invicem ex juxta cauſa (*b*) coràm nobis dumtaxat deducenda ſeparari: Et quoad bonum Prolis indubium ſimilitèr eſt, illud à Deo inſtitutum eſſe ad generis humanĩ conſervationem, & multiplicationem, imò ad ipſius Eccleſiæ propagationem, proindeque Parochi moneant Conjuges, quòd qui in ipſius matrimonii uſu aliquid faciunt, quo generatio Prolis impediatur, graviter peccant, niſi amore virtutis, & liberiùs, & perfectiùs Deo inſerviendum pari conſenſu continentiam ſervare velint: & tali modo ſinè dubio excellentiorem adhuc vitam ſequerentur.

IV. Quod denique *ad thori conjugalis fidem* pertinet, advertant Conjuges primò, ut altero vivente, alter Conjux cum altera perſona, non contrahat, nec ullo modo permiſceatur, imò nec ullum illegitimum affectum deliberatè admittat; (*c*) Et quamvis alter Conjugum diutiſſimè abſit, nec ſcire queat utrum adhuc vivat, an verò è vita migraverit numquam licèt ad alias nuptias tranſire, donec de ipſius morte certò non conſtiterit,

V. Et deindè, (*d*) ut ambo Conjuges mutuò cohabitent, & mutuò ſibi obſequia in adminiſtranda re familiari, & filiorum educatione præſtent, ad quod quidem reciprocè obligantur: Et tandem, ut vir, & uxor ſibi mutuò debitum conjugalem reddant, quos Parochi moneant hanc mutuam obligationem reddendi debitum conjugale eſſe ſub mortali, (*e*) ſi alter Conjugum ſeriò; inſtantèr, & rationabilitèr id petat.

VI. Ad hoc autem, ut matrimonium, non modò validè, ſed etiam licitè contrahatur, quamplura ex inſtitutione Eccleſiæ curandum eſt, ut præmittantur: ac ſedulò propterea edoceant Parochi Populos ſuæ Curæ concreditas de gravitate hujus Sacramenti, ut ſciant quid Conjugali fidei, quid Proli, quid ipſi Sacramento, proùt diximus; debeant, & Nos ſequentes Synodales regulas pro noſtra Paſtorali, quam, gerimus, Cura, tùm ex Eccleſiæ inſtituto, tum ex iis, quæ hic verſantur in foro edicimus, & reſpectiuè confirmamus.

VII. Præmittantur; (*f*) itàque, de Noſtri, vel Generalis Vicarii, ordine, in ſcriptis in calce memorialis per Sponſos præſentandi tres denunnunciationes ad præſcriptum *Sac. Conc. Trid.*, & antè eas matrimonia in

faciem

(a) ut explicat *Petrus Ledeſma cap. 1. de matr.* (b) *S. Aug. lib. de adult. cap. 11. & Epiſt. 25. & lib. 2. de conſenſ. Evang. cap. 2.* (c) *cap. Domin. de ſecun. d. nupt.* (d) *cap. litera. de reſtit. ſpoliat.* (e) *Sanch. lib. 9. diſp. 2. de matr.* (f) *Trid. ſeſſ. 24. de reform. matr. cap. 1.*

f.ciem Eccleſiæ, non contrahantur: Qui autem ſinè debitis denunciationibus, & ſolemnitatibus, tùm à *Sac. Conc. Trid.*, tum à *Rituali Romano* præſcriptis, vel cum inobſervantia formæ noſtri Epiſcopalis fori, vel ſinè aliis Canonicis requiſitis, licet coram teſtibus & Parocho ſimulatè accerſito, ſivè fraudolentèr, vel alias violentèr adducto, matrimonium per verba de præſenti inter ſe contrahere præſumpſerint, tàm Viri, quàm Mulieres, ſeù tàm ſponſus, quàm ſponſa eiſdemque auxilium, vel conſilium dantes, ipſo facto, ipſoque jure ſint excommunicati.

VIII. Parochos, verò, Archipresbyteros, alioſvè, eorum vices, tenentes, qui matrimonii modo prædicto contractis malitiose, vel ex negligentia eorum (*a*) aſſiſtentiam præſtiterint, pęnis in Sacris Canonibus contentis, aliiſque arbitrio noſtro taxandis puniri decernimus.

IX. Et denunciationes ad matrimonium ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. præmittantur tribus continuis diebus feſtivis, & quidem à proprio Parocho intèr Miſſarum ſolemnia; Et ſi in diverſis locis Noſtræ Diæceſis contrahentes habitent, in utriuſque trinæ denunciationes fiant; Si verò in diverſis Parochiis hujus Civitatis, vel Oppidi Serræ Capriolæ Noſtræ Diæceſis denunciationes fiant per Parochum ſponſi, non autem ſponſæ, proùt de facto moris eſt in Oppido Serræ Capriolæ.

X. Numquam tamèn deveniant Parochi (*b*) ad dictas denunciationes, niſi prius Sponſi, & Sponſæ exploraverint, & expeſſum habuerint conſenſum: & num ſecreto alicui voto Religionis, vel Caſtitatis fuerint obnoxij: ſimulque ea examinent ſuper ſidei rudimentis, ut ſi liberè eorum conſenſum præſtandum, non habuerint, vel aliquo voto ſecreto fuerint innodati, vel ſi ipſos inſtructos circa rudimenta Noſtræ Sanctæ Fidei, vel alia quæ ſcire, credere, & facere ad noſtram ſalutem neceſſaria, proùt dictum fuit *part. 1. cap. 2. de Doctr. Chriſt. n. 7.*, minimè repererint, matrimonium contrahendum, non publicent, niſi prius oſtacula prædicta, ut conſultius fieri poterit auferantur.

XI. Si peractis denunciationibus duo effluxerint menſes, non aſſiſtant Parochi matrimoniis, ſed expectetur ulterius quouſque proclamationes renoventur, ut diſponitur in *Ritual. Roman. hoc eod. tit.* (*c*): & ſi diutius quàm par eſt ſponſalibus contractis matrimonij celebratio differatur, ad evitanda mala, quæ exindè provenire præſertim inter plebejos in dies experti ſumus, certiores Nos faciant, ut opportunè providere poſſimus: Et ad denunciationes, non deveniant, ſi prævideant, quod, non ſtatim matrimonium de præſenti, ſit ſubſequuturum.

XII. Incurrant excommunicationis pænam ipſofacto quicumque (*d*) vera impedimenta, non revelaverint, aùt falſa, & doloſa ad matrimonium contrahendum excogitaverint: Atquè hoc quocumque modo impediant, ne contrahatur, vel jam ritè contractum, non conſumetur: vel qui bene-

(a) *Trid. loc. cit.* (b) *Rit. Rom. hoc tit. verſ.* has autem. (c) *verſ.* ſi verò infra. (d) *cap. cum inhibitio. de clandeſt. deſponſ. §. final.*

neficiis, aut incantationibus utuntur in Conjugium, vel aliorum perniciem.

XIII. Parochus ſtatim deſiſtat, ſi eidem deferatur (a) aliquod impedimentum matrimonii, quamvis ſit dubium à quacumque alia denunciatione, ſi aliqua ſuperſit facienda, & Nos, vel Noſtram Curiam certiores faciat: Et prò denunciationibus, & privatis explorationibus prædictis, caveant Parochi, vel alii quicumque fuerint animarum Curatores aliquid directè, vel indirectè recipere, ſed gratis faciant; ſalvo emolumento ipſis juxtà ſolitam taxam prò eorum atteſtationibus debito, & prò ſolito acceſſu, ſi ad partis inſtantiam fieri contingerit.

XIV. Ut omnis improborum tollatur fraus, quæ evenire poteſt in probatione ſtatus liberi contrahentium, & crimini poligamiæ, ex quo tot mala procedunt occurratur omninò: Teſtes propterea ſupèr ſtatu libero recipiendi, examinentur diligentiſſimè, juxta inſtructionem Sac. Congr. Univerſalis Inquiſitionis de Urbe 21. *Auguſti* 1670.: nec facilè abſquè delectu ad teſtimonium ferendum recipiantur omnes, ſed perſonæ probate vitæ.

XV. Quod ſi contrahentes ſint exteri, vel etiàm oriundi, qui à Noſtra Diœceſi diù abfuerint, eo diligentius diſcutiantur documenta eorum ſtatus liberi, nec alitèr admittantur ad contrahendum matrimonium: Vel ſi quis ex ſponſis ex Noſtra Diœceſi *per quatuor menſes continuos abfuerit*, non promulgabitur Matrimonium, nec illi Parochus aſſiſtat ſinè Noſtra licentia inſcriptis.

XVI. Et inſuper advertat (*b*) Curia Noſtra ad illos, qui ſunt ex Diœceſibus circumvicinis in Noſtra Diœceſi contrahere volentes, ut & ipſi exhibeant fides ſtatus liberi, tamquam exteri, & non admittat fidem denunciationum in eorum Diœceſibus factarum, etiam ſi ſit cum legalitate proprii Ordinarii, vel quod ob vicinitatem, vel alias Archipresbyteris locorum Noſtræ Diœceſis, in quibus contrahere volunt ſint cogniti: Prout quoque curet atteſtationem proprii Ordinarii ſuper ſtatu libero prò exteris, qui per decem annos, & ultrà domicilium acquiſierunt in hac Noſtra Diœceſi, in qua ſunt matrimonium contracturi, etiàm ſi eorum ſtatus liber probetur per teſtes fide dignos, dummodò antè ætatem nubilem à propria Diœceſi ad hanc Noſtram, ſe non contulerint, & in ea poſtmodum habitaverint; quo caſu ſufficiat fides Baptiſmi cum legalitate proprii Ordinarii, ultrà atteſtationem de Sacramento Confirmationis ſuſcepto, ut laudabiliter in hac Noſtra Curia ſervatur.

XVII. In caſu autem neceſſitatis ſi alter ex ſponſis, vel uterque fuerit in articulo mortis, in quo probabiliter, non ſit tempus ſufficiens ad probandum ſtatum liberum, & alia prædicta faciendum, liceat Parochis conſulta Curia Noſtra, ut melius potuerit eos in matrimonium conjungere,

(a) *Tit. cap. cum inhibitio.* (b) *S. congil. apud Monacell. in append. ad tom. 3. inſtruct. 6. in fin.*

gere,& ſi poſteà convaluerint antequam ſibi invicem mutuo reddeât obſequia matrimonialia,fiant ſolitæ denunciationes,& proceſſus ſuper eorum ſtatu libero,ipſis interim ſibi injuncto præcepto,de non cohabitando, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, & conſtito poſteà in Noſtra Curia de eorum ſtatu libero , poſſint habilitari per ſolitum decretum ad cohabitandum.

XVIII. Minuſque contrahatur matrimonium extrà dictum caſum neceſſitatis abſquè ſolita ſchedula licentiæ Noſtræ Curiæ, quæ in ſcriptis numquàm concedatur, niſi de omnibus neceſſariis ad celebrationem tanti Sacramenti , eidem prius conſtiterit , & prævio etiàm examine judiciali ſponſorum ſuper eorum ſtatu libero , & quod nullo voto ſint obſtricti ; Et inſuper quod circa rudimenta Noſtræ Sanctæ Fidei,& alia de quibus ſupra *hoc cod.cap.8.n.*10. , ad ſalutem neceſſaria fuerint reperti ſufficientèr inſtructi,niſi alias circà id nobis viſum fuerit.

XIX. Et ut ſponſi mereantur gratiam quæ ipſos ſanctificet (a),curent Parochi, ut antequam contrahant , vel ſaltèm triduo antè matrimonii conſumationem , ſua peccata diligentèr confiteantur, & ad Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum piè accedant,nec in domibus privatis,ſed ſemper in propria Parochiali Eccleſia: Et numquàm antè ortum,vel poſt ſolis occaſum: Et ſi ſecus Parochi, vel eorum vices gerentes,pœnam ſuſpenſionis ab adminiſtratione Sacramentorum ipſo facto incurrant.

XX. Et monitos inſuper ſponſos faciat Parochus,ut tempore celebrationis matrimonii,& benedictionis ad Eccleſiam accedant omnî veſtium moderatione,dignaque Sanctitate Religionis:& adferri non patiatur,cùm ſponſi ad Eccleſiam conveniunt,vel ad matrimonium contrahendum, vel ad accipiendam benedictionem cujuſvis generis muſicalia inſtrumenta: quod ſi ab ipſo moniti id facere contempſerint,tamdiù eis matrimonii celebrationem,aut benedictionem differat,quoad ſanctè,uti debent,ob id,ad Eccleſiam acceſſerint,ſub pœna ducatorum decem,aliiſque arbitrariis.

XXI. Et in ſecundis Nuptiis viduarum ſatagant Parochi,ut aboleantur conventus,clamores diſſoni antè domos conjugum,vel per vias noctu, & alia hujus generis Diabolica fulcimenta ad perſonarum honeſtatem à Diabolo inventa deturpandam:Prout etiàm damnamus abuſum illum indecorum,& inoneſtum,quo ſponſorum conjuncti manè poſt contractum matrimonium denudato ſponſorum lecto,ſtudiosè perquirunt matrimonium conſumatum, & Sponſam à Sponſo virginem fuiſſe reparatam , & alia hujuſmodi, quæ contrà honeſtatem faciunt reſpectivè , & hîc ea referre,modeſtia noſtra non patitur:Et ſi qui in poſterum tàm Sponſi,quàm eorum Parentes,& ſimiles id attentare præſumpſerint Eccleſiaſtico interdicto ipſofacto,ipſoque jure ſubjaceant.

XVII. Quamquam quartus , & quintus conſanguinitatis,ſeù affinitatis gradus, nullum ad validè contrahendum inducat impedimentum cum

remo

(a) *Trid. Seſſ.24.de reform.matr.cap.1.*

remotior gradus ſit attendendus: attamen ad evitanda quæ alias ex improborum malitia, vèl perſonarum ignorantia, aùt inadvertentia advenerunt inconvenientia, hujuſmodi matrimonio non aſſiſtant Parochi ſivè eorum ſubſtituti ſub eadem pœna ſuſpenſionis ipſofacto incurrenda ab adminiſtratione Sacramentorum, nobis inconſultis.

XXIII. Ad ſolum Parochum (a) ſpectat Sponſos in matrimonium conjungere, eoſque benedicere: Quod ſi quis Sacerdos ſivè Secularis, ſivè Regularis ſit, ſinè proprii Parochi licentia, & noſtra, ubi opus fuerit ad præſcriptum alterius noſtræ conſtitutionis Synodalis, *hac ead. part. 2. cap. 1. de Sacrament. adminiſt.*, eos conjungere, aut benedicere, aliaſve ſimiles Parochiales, & publicas benedictiones in præjudicium jurium Parochialium facere, quas ipſis abſquè Parochorum licentia interdicimus, auſus fuerit, pœnis juris, & præſertìm in Sacro Concilio Tridentino contentis, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis punietur; & eiſdem pœnis ſubjaceat Parochus, vèl ejus ſubſtitutus nuptias ſecundò nubentium benedicens, ſivè mulier, ſivè etiam vir ad ſecundas tranſeat nuptias.

XXIV. Indignum eſt ut matrimonii Sanctitas in obtentum, & occaſionem admittendæ turpitudinis cedat, & cum nimium, ut non ſinè animi noſtri dolore experti ſumus, hoc malum ſuccreverit, & in dies magis, ac magis ſuccreſcat, ut Sponſæ potius Matres, quam Sponſæ ad contrahendum matrimonium in faciem Eccleſiæ accedant cupientes, ut par eſt eidem occurrere, inherentes conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſorum noſtrorum ſub pœnis ibidem contentis, aùt excommunicationis cum cedulonum relaxione ſponſos antequàm intèr ipſos contrahatur matrimonium per verba de præſenti ullo modo, olloquè prætextù ſolemni, & primo publico, eorum Ingreſſu, ut vocant, & præſentibus arbitris dumtaxat excepto, & non aliis vicibus intèr ſe converſari proibemus.

XXV. Quod ſi Sponſi poſt contracta ſponſalia, & antè matrimonium legitimè celebratum, non ſolum inter ſe fuerint verſati, ſed etiàm carnalem copulàm habuerint, adempta ſit facultas Confeſſariis Sponſos abſolvere, & eam Nobis reſervamus: Cum autem hujuſmodi ſcelus, ùt plurimum ex improba Parentum, ſeù Conſanguinearum, aùt affinium indulgentia paſsim accidere compertum ſit præfatos omnes, & ſingulos, qui dictam carnalem cupulam vèl eos; ut ſuprà converſari, antequàm contrahatur matrimonium per verba de præſenti permittunt à Sacramento Pænitentiæ arceri volumus, & facultatem illos abſolvendi nobis dumtaxat reſervamus.

XXVI. Seriò tamen monemus Parochos omnes; & eiſdem injungimus, ut prò eorum prudentia, & pietatis officio ſtudeant hujuſmodi mala profligare ſalubritèr admonendo prędictos, quod hęc graviſſima peccata ita divinam indignationem provocant, ut ipſe Deus non raró permittat inter Conjunges diſſidia, in propria prole infortunia, in ſubſtantiis diſſipa-

H

(a) *Trid. loc. ſup. cit.*

ſipationem, in tota familia dedecus, clades, & cedes: Ad quę evitanda curent Sponſi, quantò citiùs matrimonium inter ipſos contrahi in faciem Eccleſiæ: & ſi ultrà duos menſes illud ſinè legitima cauſa protrahere auſi fuerint, excommunicentur, & pœnis ipſos Parochos, eorumve Æconomos, & ſubſtitutos omninò ſubjacere volumus quibus in aliis Conſtitutionibus innodantur, ſi in atteſtatione denunciationibus fidelitèr noſtram Curiam non docuerint de prædictorum controventione, ſi factis diligentiis eam compererint.

XXVII. Quoniam autèm honeſtas ipſa, (a) non patitur, ut tranſacto ſeptennio fratres, & ſorores inſimul, vel una cum eorum parentibus dormiant in eodem lecto; Ad hæc, & damna majora, quæ, non ſinè animi noſtri dolore alias accidiſſe comperimus: Inhærentes etiam petitionibus piorum hominum Nobis prò opportuno remedio ſupèr hac re inſtantèr factis, ſub interminatione divini judicii, tranſacto ſeptennio fratres, & ſorores inſimul, ac filios, vel filias cum Parentibus in eodem lecto cubare, aùt dormire expreſsè prohibemus: & multò magis eos, qui inter ſe in gradu remotiori fuerint conjuncti, quos Parochi de prædictis frequentèr admoneant: & Parentes advertant ſtrictiſſimam rationem coràm Deo ſe reddituros ſi in hoc quod præfatum eſt, deſides fuerint, & Nos ubi opus fuerit contrà Contumaces, etiam ad pœnam excommunicationis procedemus.

XXVIII. Curent etiam Parochi, ut fides legitimi matrimonii exhibeatur ſimùl, ac cognoverint aliquem ignotum adveniſſe in propria Parochia cum extera Muliere, de qua haberi poſſit falſa Conjungis ſuſpicio: & ſi eos legitimis documentis, quibus inter ipſos legitimum conſtet Conjugium deſtitutos rep[eri]r[in]t, Nos vel noſtram Curiam certiores prò opportuno remedio reddant: Et hoc idem faciant ſub gravibus pœn[i]s, ſtatim ac ipſis conſtiterit aliquos Conjugatos à maritali convictu ſeparatos vivere, & fortiùs ſi in adulterio permaneant.

XXIX. Et eoſdem Parochos per quàm ſeriò tandem monitos facimus, ut advigilent ad illud vagum, & ignotum virorum, & muliercularum genus, vulgò dicti *Zingari*; & ſi fœminę viros ſecùm habeant, aut viri fœminas compellantur ad producendas literas teſtimoniales de contracto matrimonio, & de ſuſcepto baptiſmo, ſi illis fuerint adminiſtranda Sacramenta: & ſedulò obſervent quomodò ſe gerant circà Eccleſiæ Catholicæ præcepta, ritus, & inſtituta: Hujuſmodi enim genus perſonarum in hoc noſtro Regno, Nobis ſemper fuit infenſum, & propterea Sereniſſimi Principes quamplurìbus legibus, & conſtitutionibus ab eodem perpetuò expelli curarunt. (b)

PARS

(a) *Vid. P. Paul. Segneri Clr. ſt. Inſtruito. p. raginamenti num. 13.* (b) *lib. 7. Tur. Regni. Neap. tit. o. de Zincar.*

PARS III.

CAPUT I.

De Divinis Officiis, & Horis Canonicis.
ubi
De Diſciplina in Choro ſervanda.

I. SAcrâ Pſalmodia, qua Cœleſtes emulamur Choros, Summo Deo obſequium perſolvimus, & Eccleſiæ cultum præſtamus; quapropter decet Sanctitatem, ordinem, & Majeſtatem, in ea ſervare: Et ut ſpiritus pſallentes pſallamus, & mente, necnon ſervata rituum, & univerſæ Hjerarchiæ concordia, veluti in Cymbalis benè ſonantibus laus ſit in Eccleſia Sanctorum.

II. Quò circà, qui ad ea in Choro perſolvenda de Jure, vel de Conſuetudine tenentur, ſtatis diebus, & horis, pulſatis Campanis, prout diſponitur in Tabella horaria, apponenda in appendice ad hanc noſtram Synodum, quàm ſub nullo prætextu prævenire, aùt poſtponere audeant Sacriſtæ, ſub pæna unius ducati, ad Eccleſiam conveniant, & in Sacriſtia promptos ſe faciant, ibidem modeſtè ſe præparent, & habitu Chorali ſe induant, quem ſi non habuerint etiàm ſi in eo convenire voluerint ejiciantur, & habeantur tamquam abſentes, & punctentur: prout quoquè, ſi dum divina celebrantur in Choro Officia, Miſſam celebrare voluerint.

III. Et dato Campanulæ Sacriſtiæ ſigno in egreſſu ab eadem per digniorem in Choro, tacitè, & modeſtè, bini, & bini ab illa procedentes; exeant: Et nullus omninò antè alios: aliàs punctetur prò illa hora irremiſſibilitèr: Et ubi bini, & bini procedentes, ut ſuprà, fuerint in medio Chori, Dignitates, & Canonici debitam faciant reverentiam Sanctiſſimæ Cruci, vel Sacris Imaginibus, quæ ſunt in altari majori, alii verò genuflectant: vel ſi in eodem altari majori Sacrum ſervetur Tabernaculum, vel ſalutaris hoſtia ſit expoſita, omnes genuflectant, ſe mutuis inclinationibus ſalutent, & ſuum quiſque locum, & ſtallum adeat, quem ſemper teneat, & numquàm de ſtallo ad ſtallum ad placitum, & curioſè ſe transferat.

IV. Omnes in Choro divina Officia, ut temporis poſtulaverit alternis vicibus canant, recitent, & attentè audiant: non curſim: non perturbatè: non oſcitantèr, ſed lenitèr: diſtinctè: & ſtudioſè ſedeant: ſtent: genuflectant: Caput aperiant, vel inclinent: & dum cantari oportet, ex legili omnes antè illud, ſe transferant, & cantent, ac alia hujus generis adhibeant, ubi neceſſum ſit.

V. Non vagentur, in Choro, nevè locum mutent: faceſſant, ſomnus, riſus, joci, rixæ, colloquia ab eis abſint omninò: nevè literas, libros, aliavè ſcripta legant: ubi in choro communi officio opera datur: privatum officium, non dicant, niſi divino officio terminato, & niſi alias neceſſitas poſtulaverit, quo caſu, nec exeant, nonniſi petita venia ab eo, qui eſt dignior in choro.

VI. Quando celebrantur divina officia, ſi alicui per Chorum neceſſariò ſit incedendum, vel abſcedendum graviter, & modeſtè id fiat: & ſi quis in prædictis, & circà prædicta, quid commiſerit, ſi per digniorem in Choro monitus, non reſipuerit punctetur, & pro modo culpæ majores ſubeat pænas.

VII. Si quis jàm inchoato Officio, vel Miſſa veniat in Choro, ubi fuerit ibidem, inclinationem faciat, ſi ſit Canonicus, vel Dignitas, Crucifixo, vel Sacris Imaginibus: & ſi non ſit Canonicus, vel Dignitas, genuflectat, quod omnes etiam Canonici facere tenentur, ubi in altari majori Sacra hoſtia ſit expoſita, vel Tabernaculum ibidem aſſervetur: deindè inclinatus ſalutet hinc indè omnes alios de Choro nudato Capite, qui etiam cæteris paribus aſſurgentes eum conſalutent ſecundùm perſonarum ordinem: tùm ad locum ſuum accedat: & ſi quis egreſſurus ſit, hoc idem religiosè exequatur.

VIII. Unuſquiſquè ſuo proprio muneri diligentèr incumbat, & cautus ſit, nè in aliquo erret: nec cunctetur, nec tempus perveniat: nihil ſibi ſumat: nec quidquam aliis præſcribat, niſi officium ſuum, id, exigat.

IX. Quandò autèm ſtandum ſit in Choro, & genuflectendum, aſſurgendum, ac ſederi debeat, & omnia alia, quæ prò explendis divinis Officiis in Choro requiruntur, ſerventur in prædictis, & ſimilibus, quæ diſponuntur in cæremoniali: & ſemper regulentur ex nutibus ejus, qui erit primus in Choro, ſeù Præfectus Chori, qui ſicuti debet aliis præeſſe, ità ſe, ipſis; exempli formam præbere, uti Caput in Choro.

X. Hebdomadarius, officium exordiens, ad finem uſquè proſequi teneatur, aliàs punctetur, & ab illa hora, abſens reputetur: docet enim, ut in eadem functione, modò unus exordiatur, modo alter intercipiat, & proſequatur: Si ergò poſt inceptum officium ab uno in qualitate Hebdo madarii, illud fuerit inchoatum, ab eodem proſequatur, & quod ipſo m jores, ſivè fuerit Archidiaconus, aut quavis alia præfulgeat Dignitate, habeat dumtaxat ſuum in ordine locum, non autèm in officium Hebdomadarii.

XI. Et expletis in Choro divinis Officiis, non turbatim exindè diſcedant, ſed dato ſigno per Dignorem, omnes ſe mutuò conſalutent, & ordine quo venerant, progrediantur, & cum fuerint in Sacriſtia, ibi modeſtè, & quietè habitum exuant choralem: & qui ſecus fecerit, niſi ad monitionem Dignoris in Choro, reſipuerit punctetur prò illa hora, & prò qualitate, & modo culpæ alijs ſubjaceat pœnis, & multis.

XII. Et hac de Cauſa volumus, ut adſit in Choro omnium prædictarum Eccleſiarum, Graduale, Antiphonarium, Pſalterium, & Martyrologium, & inquibus non adfuerint, vèl nòn omnes, ſumptibus Eccleſiarum, mandamus, ut infrà ſex menſes de eiſdem provideantur omninò.

XIII. Dùm Divina per ſolvuntur Officia, non audent Seculares intèr Eccleſiaſticos miſceri, ſtando, aùt ſedendo, multoque minus ſupra Præ:

ſbyte:

Digitized by Google

sbyterium, neque dum verbum divinum habetur, ſedere in Banco Eccleſiaſticorum intèr ipſos, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, ipſofacto, incurrenda: proùt quoque eodem tempore Concionis, omnes Eccleſiaſtici, ſedeant in proprio Banco, prò ipſorum uſu deſtinato, non aliàs diſperſim per Eccleſiam, ſed in eodem unitim, ſub pœna duorum carolenorum pro qualibet tranſgreſſione; & eam in beneficium Eccleſiarum applicamus.

XIV. Sub pæna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, prohibemus in matutinis tenebrarum Hebdomadæ majoris indecoros tumultus, vociferationes, fibil. s, cornuum ſonitus, & ſimiles improprios ſtrepitus: ſed tantùm permittimus, quod mandat Eccleſia, ut finita oratione, poſt quamcumque horam, fiat aliquantulùm fragor, & ſtrepitus.

XV. Quod ſpectat ad Cantum Eccleſiaſticum, vitandus eſt quantum fieri poteſt cantus laſcivus, ophanus, raucus, aſper, vel diſſonans, ſed vox cantorum ſit canora, ſuavis, liquida, atquè acuta, habens ſonum, & melodiam Sanctæ Religioni convenientem: & advertant ad ea, quæ hac de rè innuit beata Birgitta: *Clericorum cantus*, ait, *non ſit preſſus, non fractus, non diſſolutus, ſed honeſtus, & gravis, uniformis, & per omnia humilis*, Pſalmodia plus redoleat ſuavitatem, & devotionem, quam vanam obſtentationem.

XVI. Non vacat à culpa animus, quandò, cantantes plus delectat Nota, quàm quod canitur, omninòque eſt abominabile Deo, quandò mentis elevatio plus fit proptèr audientes, quàm proptèr Deum.

XVII. Ad hoc autem, ut prædicta ad majorem divini cultus augumentum, & majeſtatem, & cum majori Populi plauſu concurſu, devotione, & edificatione expleantur divina officia: præcipimus, ut unuſquiſque cantum Gregorianum addiſcat, & præſertim Dignitates, & Canonici, quique aliàs in poſterum admitti petierit in poſſeſſionem Canonicatus, vel Dignitatis in hac Noſtra Cathedrali, examinentur prius in cantu Gregoriano, & nullo modo admittatur, ſi in eo ſufficientèr inſtructus repertus non fuerit, & quo ad Portionarios in Eccleſiis matricibus ſuo loco in hac Noſtra Sancta Synodo pariter providebitur.

XVIII. In hac Noſtra Cathedrali omnia quotidiè explentur divina officia, proùt diſponitur in Bulla S. Pii PP. V., quæ incipit: *Quod à nobis*: & ad formam ejuſdem conſtitutionis, extrà tempus Paſquale, prima cujuſcumque menſis die, non impedita, feſto 9. lectionum, alioquin alia ſequenti die, ſimilitèr, non impedita, dicitur Officium Defunctorum: & in Adventu, & Quadrageſima feria ſecunda cujuslibet hebdomadæ, & dicitur poſt officium diei ideſt veſperæ poſt veſperas, & matutinum poſt laudes: prout quoquè ibidem dicuntur Pſalmi graduales, antè matutinum, in quadrageſima, feria quarta cujuslibet hebdomadæ, non impedita, & ſeptem Pſalmi Pænitentiales, cum litaniis flexis genibus in omnibus ſextis feriis quadrageſimæ, quando officium fit de feria.

XIX. Ut

XIX. Ut autem fidelium voluntas, ac ſtudium magis etiàm ad hanc ſalutarem conſuetudinem incitetur, vigore dictæ Apoſtolicæ Conſtitutionis, qui illis diebus præfinitis, defunctorum, dicunt officium, toties centum dies, qui verò ſeptem Pſalmos, vel Graduales de injuncta illis pænitentia relaxantur: Officium verò parvum Beatæ Mariæ Virginis, hactenus, non fuit conſuetum dici in hac Noſtra Cathedrali, ſed ſi diceretur ad formam ejuſdem Conſtitutionis, ipſis etiam toties centum dies de injuncta pænitentia relaxarentur: & eoſdem Canonicos, & Dignitates Noſtræ Cathedralis, ad prædictorum obſervantiam, quàm cæteroqui hactenus laudabiliter obſervarunt magis, ac magis in Domino Paternè adhortamur.

XX. Quibus autem diebus, quæ proferuntur divina officia in hac eadem Noſtra Cathedrali cum cantu expleri debeant, cum id in Conſtitutionibus Capitularibus, ſatis, ſuperque ſit conſultum eas expreſsè confirmamus, & inpoſterum ſic confirmatas ſervari, & hic de verbo ad verbum prò majori comoditate tranſcribi mandamus, proùt ſequitur v3.

Nelle Domeniche correnti, è feſte ſemidoppie, ſi cantano l'Inno, Te Deum; le Laudi, & i Veſpri, *e nelle ſteſſe Domeniche nell'ora di Prima ſi canta* il Simbolo di S. Atanaſio, *quando ſi deve dire, & anche terza.*

Nelle feſte doppie ſi canta il Matutino colle Laudi, & i Veſpri; *lo ſteſſo ſi fà frà le ottave di Paſqua di Reſurrezione, e di Pentecoſte, e nelle Domeniche frà le ottave dell'Epifania, e dell'Aſcenzione; E ſi canta etiandio* Terza *in tutti i doppij ne quali canta* Dignità, ò Canonico, *e frà l'ottava, della Pentecoſte à cagione del Inno* Veni Creator Spiritus.

Nelle feſte di prima claſſe ſi cantano tutte le ore, *fuorche* ſeſta, e Nona *quando le funzioni finiſcono tardi, e così parimente frà l'ottava del Corpus Domini deve oſſervarſi.*

Nelle feſte di ſeconda claſſe, ſi canta il Matutino colle Laudi, Terza, e Veſpro, *e ſe ſaranno di Precetto, ſi cantarà parimente* Compieta.

Nella quareſima, il veſpro antè commeſtionem, *non ſi canta, benche ſia di chi che ſia Santo doppio.*

Ne' Sabbati, quando ſi fà l'Officio de Beata Maria, *ſi canta* l'Inno Te Deum colle laudi, *e ſe nella feria ſeſta antecedente ſia occorſo qualche Santo ſemplice, ò l'Officio ſia ſtato feriale, ſi canterà intieramente* il Veſpro, *benchè i Salmi ſiano della feria, e dal* Capitolo *ſi faci de* Beata Maria, *eſſendo ſopramodo diſconvenevole il recitare ſenza canto* i Salmi, *e poi dal* Capitolo *dire col canto.*

Ne' Sabbati, quando dal Capitolo ſi fà della Domenica, *e debbanſi dire i Salmi feriali in tal caſo ſi canta parimente* tutto il Veſpro.

Nell Ferie 2. 3. e 4. della magiore Eddomada ſi cantano le Laudi, l'Antifona della Beata Vergine *nel fine dell'Officio, ſi canta quando ſi è cantato* Compieta, *& in oltre in tutti i Sabbati, e* le *Domeniche.*

Il Martirologio *ſi canta ògni giorno.*

Compieta, *ſi canta in tutti i dì di Quareſima, oltre alle feſtivita già dette.*

Cantaſi ogni dì nell' ora præſcritta nella rubrica del Miſſale la Meſſa ſollenne col Diacono, e Suddiacono.

L'Officio de' Defonti. i Salmi Penitenziali, e Gradduali *inviolabilmente ſi recitano ne' dì præſcritti nelle rubriche del Breviario.*

XXI. Etiàm quotidiè, non ſinè animi noſtri ſolatio ad inſtar Eccleſiarum Collegiatarum laudabilis, & ſancta antiqua conſuetudo in Synodo bon. mem. Joſephi Catalano Epiſcopi Prædeceſſoris Noſtri, celebrata de anno 1690., paritèr laudata, & approbata ſervatur in Eccleſiis Matricibus Sanctæ Mariæ in Sylvis, & Sancti Mercurii Oppidi Serre Capriolæ, ut in eis adimpleantur Divina Officia in Choro: & prout illa ibidem hactenùs laudabilitèr adimpleta fuerunt, ità ea in poſterum quoquè inviolabilitèr quotidiè adimpleri mandamus.

XXII. Et cum in Eccleſia Matrici, ſub titulo Sancti Petri Oppidi de Sancto Martino, competens adſit portionariorum numerus, nempe ultrà Archipresbyterum, ſex Sacerdotes, duo Diaconi, & unus Subdiaconus, & omnes redditibus, & portionibus Eccleſiaſticis, ſufficientèr ſint proviſi; Mandamus propterea, ut etiàm in eadem Matrici, & Parochiali Eccleſia quotidiè adimpleantur divina officia, & ea atquè Miſſæ Conventuales ſuis temporibus ad inſtar dictarum Eccleſiarum S. Mercurii, & Sanctæ Mariæ in Sylvis, cantentur; Quod paritèr ſervari volumus in omnibus aliis Eccleſiis Matricibus Noſtræ Diœceſis, in quibus de præſenti, aut in poſterum fuerit numerus octo Eccleſiaſticorum Participantium.

XXIII. In aliis verò Eccleſiis Oppidorum, Terrarum, & locorum, curent Archipresbyteri Noſtræ Diæceſis, ut eadem officia divina in eorum reſpectivè Eccleſiis, expleantur ſaltèm diebus ſolemnioribus, aliiſque, prout magis, & minus ſecundùm laudabiliorem Eccleſiarum conſuetudinem, & numquàm prætermittant diebus Dominicis, & feſtivis canere Miſſam Conventualem, & Veſperas ad minus, & ſi mos ſit, ut id etiam exequatur certis anni temporibus, quotidie, præſertim, hebdomada majori, per totam octavam ſolemnitatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ſervetur omninò, talis laudabilis conſuetudo, & majori, ubi major ea introducta reperiatur.

XXIV. Et prò Canonica directione Eccleſiarum Matricium, in quibus quotidiè explentur, vel expleri debeant in Choro Divina Officia, & præſertim Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Sylvis, Eccleſiæ Sancti Mercurij Oppidi Serræ Capriolæ, & Eccleſiæ Sancti Petri terræ Sancti Martini, Officium Cantoratus hac Noſtra Sancta Synodo, etiàm approbante in eiſdem perpetuò erigimus, & erectum eſſe declaramus: quodque prò nunc occupari debeat per Seniorem Portionariorum, eoque perceſſum, aut deceſſum, aliovè quovis modo vacante peritiori deinceps in cantu Gregoriano ex eiſdem Portionariis arbitrio Noſtro conferri debeat: quique cantor

tor præſens, & futurus ſecundùm in Choro, foro, & in omnibus aliis actibus locum, & vocem habeat, hoc eſt, poſt Archipresbyterum loci, & omnibus aliis honoribus, & oneribus inſigniis, ac privilegiis potiatur, & gaudeat quibus hujuſmodi officium Cantoratus habentes de jure, aut de conſuetudine potiuntur, & gaudent.

XXV. Ità tamèn, ut per hanc cantoratus connotationem nulla omninò cenſeatur facta immutatio ſuper ſtatu Eccleſiarum prædictarum, numero, & qualitate portionariorum, ac eorum proviſione, ſed ita ſe habeat, ac ſi nunquàm ea facta fuiſſet: Et quod portionarij, & Cantoratus debeant per Nos, & Succeſſores Noſtros dumtaxat provideri eodem fermè modo abſquè ulla prorsùs alteratione, proùt hactenùs ſervatum fuit, & prout diſponitur in conſtitutionibus Synodalibus Reverendiſſimi Prædeceſſoris noſtri Joſephi Catalani quocumque eorum vacantia ſuccedat tempore: firma etiàm Archipresbyterorum remanente, ut ad præſens, eam in Choro; & in aliis actibus habuerunt, præeminentia, & juriſdictione.

XXVI. Neminem latet, quantum ad cultus divini augumentum, & Cleri in divinorum Officiorum ratione; ſtudium adjuvandum, ac ad Populi pietatem vehementiùs excitandam, conferat induſtria Magiſtri Cæremoniarum: Volumus propterea, ut non ſolùm in hac Noſtra Cathedrali, in qua, duo Magiſtri Cæremoniarum eſſe debent, primus nempè, qui ſit Canonicus, & eligi ſolet quolibet anno à Noſtro Capitulo: alter verò, qui ſit ſimplex Sacerdos, vel unus ex Hebdomadariis: ſed etiam in omnibus aliis Eccleſiis, præſertim Collegialibus, & Receptitiis Noſtræ Diœceſis: & in quibus non adſit; mandamus, ut in eiſdem infrà menſem eligatur omninò per Archipresbyteros; alioſque portionarios de eorum gremio, qui ſit in Sacerdotali dignitate conſtitutus, & cæteros vitæ, ac morum gravitate præcellens, & honeſtè, ac decore reſplendeat, quivè in Miniſterio Eccleſiaſtico, ſacriſque actionibus eruditus, ſummo ſtudio Eccleſiaſticæ diſciplinæ amantiſſimus, in omni actu inſigni quadam ratione, ejus obſervantiam doceat, optimè cæremoniarum regulis calleat.

XXVII. Qui propterea advertat omnia Eccleſiaſtica munera ad ipſum ſpectare: undè, & ipſius partes erunt, omnia proſpicere, cuncta prævidere, maximè in ſolemnioribus, ut loco, ac tempore benè diſponantur univerſa: Altaria videlicèt decentèr ſint ornata: Eccleſia undique nitida, & benè aptata: Sacra Suppellex, & reliqua neceſſaria commodè diſtributa inveniantur; Et omnes à Magiſtro Ceremoniarum pendeant nutu, ejuſque juſſa exequantur: Quos ipſe, ſingulos, de peragendis, moneat, ſimulatis geſtibus, graviter tamèn, ut abſq; errore cuncta perficiant: Et errata modeſtè, ac levitèr corrigat, vel ſilentio maximè, ſi fuerint levia, diſſimulet, nè fortè, ut pluries accidit, magis præco erroris, quàm benignus Corrector appareat: Et ſi quis fortè ejus juſſa exequi neglexerit; is placidè, ac beni-

gnè

gnè ab eodem moneatur; In gravioribus verò per Nos graviter puniatur.

XXVIII. Ad effugiendum, quæ evenire poſſet in Choro perturbationem, ſi tempore divinorum officiorum Miſſæ privatæ celebrentur in ſummo Altare, prohibemus propterea nè dicto tempore Miſſæ privatæ legantur ibidem.

XXIX Officium dedicationis (a) Eccleſiæ Cathedralis celebretur per totam Diœceſim uti feſtum primæ claſſis: in Civitate tamèn cum octava, extrà Civitatem, & in Diœceſi, ſinè octava: Officium verò aliarum Eccleſiarum conſecratarum celebretur tantùm intrà ipſas Eccleſias.

XXX. Verè dignum, (b) & congruum eſt, ut dum habetur in Cathedrali, vel quavis alia Eccleſia Miſſa Pontificialis, vel Pontifice aſſiſtente, ab alio Sacerdote ſolemnitèr celebratur, nullus alius Sacerdos Miſſæ Sacrificium celebret; expreſsè igitur prohibemus nè dicto tempore antè Pontificalem benedictionem aliæ Miſſæ privatæ in eadem Eccleſia dicantur, prout quoquè in eodem altari, in quo fuit celebrata Miſſa Pontificalis pro illo die ſinè noſtra licentia per alios celebrari prohibemus.

XXXI. Similitèr (c) celebrari Miſſas privatas, quando ſolemnitèr celebratur Miſſa Conventualis, vel Parochialis, nè Populi Conventus, undè dicitur Miſſa Conventualis, contrà Patrum inſtituta diſſolvatur, nevè à Concione diſtractus, verbi divini pabulo, deſtituatur: Et in Eccleſiis poſitis intrà fines Parochialis Eccleſiæ, diebus Dominicis, & aliis feſtis de præcepto, non prius celebretur quàm in Parochiali Eccleſia, Miſſa completa ſit, vel ſaltem expleta Communione: & curent in hac noſtra Cathedrali Archidiaconus, & in Eccleſiis Parochialibus Archipresbyteri, ut tempore quadrageſimali poſt Concionem, & aliis diebus Dominicis, & feſtis de præcepto, poſt ultimam Miſſam Cantatam, habeatur in eadem Cathedrali, & in aliis Eccleſiis Parochialibus, in quibus ſufficiens ſit Celebrantium numerus Miſſa privata, diſtributis aliis Miſſis eiſdem diebus feſtivis de præcepto prò temporum opportunitate, & Populi comodo per horas, etiàm antè Miſſam Conventualem, arbitrio Archipresbyterorum, à quorum nutu omnes Sacerdotes dictis temporibus omninò pendeant.

XXXII. Campanas in Sabbatho majoris hæbdomadæ ad ſervandum Eccleſiæ Cathedrali, ſivè Matrici debitum honorem, prohibitum eſt antè ſignum Cathedralis in Civitate, & Matricium in aliis locis, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus quocumque privilegio fulcitis, in propriis Eccleſiis pulſare: Caveant (d) igitur de contrario, aliàs punientur penis contentis in conſtitutione Leonis X., quæ incipit: *Sacro approbante*; & ejuſdem Eccleſiæ, ingreſſum omnibus utriuſquè ſexus Chriſti fidelibus interdicimus.

(a) S.R.C. 2. May 1619. apud Barb. de offic. Paroch. p. p. cap. 10. nu. 27. (b) *Gan. & arendendum de conſecr. div. con. Prov. Ben. 14. tit. 35. cap. 5.* (c) *cit. Conc. Prov. Benev. in loc. cit. cap. 6.* (d) *Garant Manual. c. pl. c. p. tit. elb. Campanæ n. 1. apud Pari. no. I. ſe. iſ. 3. ann. ſe. nu. 23. & ſeq.*

CAPUT II.

De Sacroſancto Miſſæ Sacrificio.

I. HÆc eſt illa oblatio munda, quam Malachias Propheta Sacrificandam *a ſolis ortu uſque ad occaſum* in omni loco vaticinatus fuerat, & Iſajas anticipato ſuavitas ejus odore illectus, *Convivium vindemiæ defecatæ*, appellavit: Hinc quiſquè advertat, quæ cura adhibenda ſit, ut Miſſæ Sacrificium omni religionis cultu, & veneratione a Sacerdotibus, non tantùm celebretur, ſed etiàm, ut ab adſtantibus audiatur: Et propterea quàm plura ad id ex utraquè parte requiruntur.

II. Ex parte itaquè audientium, aſſiſtendum venit huic mirabili incruento Sacrificio, nudato capite, & flexis genibus, excepto tempore quo legitur Evangelium, quandò ſtandum eſt, necnon cùm devotione, & attentione: Qui autem confabulando, ambulando, ſedendo, ſtando cum indecentia, & ſcandalo, ſeù aliquid quidpiam Dei majeſtate indignum operaretur, videat nùm Miſſæ Sacrificio debitam aſſiſtentiam tali modo ſe præſtitiſſe dicatur, & præcepto de audiendo ſacro diebus feſtivis de præcepto, quod Eccleſia mandat, ut actus humanus, ac religioſus, & per modum orationis, ſatisfaciat.

III. Moniti (*a*) propterea ſint Parochi, Confeſſarij, Concionatores, Chathechiſtæ, alijque conſimiles Dei Miniſtri, ut coallaborent Populum inſtruere, qua corporis compoſitione, quavè devotione, & attentione aſſiſtendum ſit Sacrificio Miſſæ, & ubi opus fuerit arguant, increpent, & obſecrent in omni patientia, & doctrina, ne ubi adeſt præſentialiter Chriſtus, Angeli circumſtant, Imagines Sanctorum venerantur committantùr abominationes.

IV. Ex parte (*b*) verò Sacerdotis, qui Hoſtiam Sanctam, & Agnum Immaculatum immolat, qua maxima fieri poteſt munditia, præparet animam ſuam, eamque decenti Corporis habitu, & compoſito præadornet: Et hàc de rè, appendatur in Sacriſtiis omnibus, vel alio loco apto præcum Tabella ſolita ad pedes alicujus Sanctæ Imaginis, vèl Crucifixi, ubi celebraturi, alienis, ſepoſitis curis, ſecum reputent, Miſterii dignitatem; & Sacris peractis, Deo, ſuas debitas, agant gratias.

V. Nullus audeat ad (*c*) Sacrum faciendum ſub pœnis contentis in conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſorum noſtrorum accedere ſinè veſte talari, ad quam etiàm teneri volumus Sacriſtas, alioſque Eccleſiarum Rectores, Archipræsbyteros, Parochos, & ſimiles, qui Sacerdotes contrà facientes ad rem divinam peragendam admiſerint, & Sacriſtæ Regulares, aut quomodolibet exempti ad formam decreti Sacr. Congr. (*d*) Concilii punientur.

VI. Permittimus tamen, ut in Eccleſiis Ruralibus extrà habitum poſſint

---

(a) *S. Th. 2. 2. q. 81. art. 7.* (b) *Trid. ſeſſ. 13. cap. 7.* (c) *S. C. C. in Neap. 17. Aug. 1639. & in Bononien. 1. Iun. 1620.* (d) *Ead. S. C. C. in Vercellen. apud Monacell. tit. 13. formul. 1. num. 45.*

ſint Sacerdotes Sacrum facere cum veſte telari ſcurtia, vulgo *Faldiglia*, vel cum veſte ſubgeniculari demiſſa admedias tibias, quod extendi volumus prò Sacerdotibus in Civitate celebraturis, ſi fuerint exteri tranſeuntes, & aliàs celebrent omninò, & divinis Officijs aſſiſtant cum veſte talari; & abſonum omninò ſit, etiam Clericis, aut in Sacris Conſtitutis, ut Cottam induant in rebus divinis, Proceſſionibus, aliiſque ſimilibus functionibus Eccleſiaſticis ſuprà veſtem brevem, quam vocant *Giubba*, ſeù *Giammerga*, aliàs reiciantur omninò ab eiſdem functionibus & nullo modo admittantur ad eas: Et ſi moniti, non reſipuerint, punientur penis noſtro arbitrio reſervatis, caſu neceſſitatis dumtaxat excepto, ut ſi de repente Parochi ad adminiſtranda Sacramenta vocentur, & promptam non habeant veſtem telarem.

VII. Nulli (a) abſquè privilegio Sedis Apoſtolicæ, etiàm ſi Archidiaconali, vel Archipresbyterali, vel alia quacumque præfulgent dignitate in Noſtra Diœceſi celebrent cum anulo in digito, multoque minus cum pilliolo, aliàs ipſos multari mandamus pena ducatorum ſex prò qualibet vice, & amiſſionis anuli in beneficium Eccleſiarum, in quibus celebraverint.

VIII. Sacerdotes (b) autèm ſic interiùs, & exteriùs præparati ultrà devotionem quæ permaximè eſſe debet, advertant pariter, ut Miſſa celebretur *voce alta*, hoc eſt intelligibili, ut ab adſtantibus, audiatur; nec non, ut ſit *brevis*, ideſt non tàm longa, ut adſtantibus tedio, nec tàm brevis, ut Populo ſcandalo, ſit: & res æqua eſt, ſi mediam, non, eccedat, horam: *Clara*, etiam debet eſſe, ut verba omnia integrè proferantur; & tandem *attentè* celebretur, curàndo Sacerdos, ea, quibus incumbit, exactam, adhibendo, diligentiam, ut fiant omnia, quæ præſcribuntur in rubricis generalibus Miſſalis Romani, ultimò emendati: & ritus, & cæremonias, quæ in eo præſcribuntur in Miſſarum celebratione adumquem obſervari mandamus.

IX. Nullus (c) Sacerdos exterus, ſivè Secularis, ſivè Regularis admittatur ad Sacrificium Miſſæ peragendum, niſi cum literis teſtimonialibus proprii Ordinarii, & ſui Superioris reſpectivè, quas recognoſcant locorum Vicarii, ſi per aliquod breve tempus, (d) puta per decem circitèr dies in eorum Eccleſiis, exteri Sacerdotes, ſuas fecerint, moras: & ſi per longum tempus ibidèm celebrare voluerint, non admittantur, niſi priùs literæ teſtimoniales à Nobis, vel à Noſtro Vicario Generali fuerint recognitæ, & ſi ſecùs Parochi, Archipresbyteri, Eccleſiarum Rectores, & Sacriſtæ, qui aliàs id permiſerint, multentur pena ducatorum ſex prò qualibet vice, ac ſuſpenſionis in ſubſidium, aliiſque ad noſtrum

(a) *S.R.C.11.Feb.1623.& 20.Nov.1628.* (b) *Gavant p.3. cap.11.num.13. in rubric.* (c) *Trid.ſeſſ.22.decr.de obſer.& evit.in celebr.Miſſ.& ſeſſ.23. cap.16. de refor. S.C.C. in Bononien.20.Iul.1620.in Neap.17.Aug.1630.* (d) *Ead.S.C.C.in una Curiaten.3.Aug.* 1726. Nobis de currentibus, Te qua in alia Noſtr.Synod.Caviat. & Geront. *de anno 17.Ø.tit.2.cap.2.num.9.*

arbitrium: Regulares verò, (a) aliique exempti, punientur, pœna interdicti ſuarum Eccleſiarum, aliiſque pariter ad noſtrum arbitrium, & exteri, qui Sacrificium Miſſæ contrà hanc noſtram Synodalem ſanctionem celebrare auſi fuerint, ſi moniti, non deſiſtant, pænam ſuſpenſionis, quam Nobis reſervamus ipſo facto incurrant.

X. Nec antè auroram, nec poſt meridiem audeat aliquis, ſivè Regularis, ſivè Sacerdus Sæcularis ſit, Miſſam celebrare præter Nativitatis Dominicæ noctem, quoad primam dumtaxat Miſſam ſolemnem: Et advertant Sacerdotes, & ſervent decorem, & munditiam requiſitam in Sacris vaſibus, in ornamentis, & ſuppellectilibus prò Miſſæ miniſterio: Quapropter Nos prò, quod, gerimus, Noſtro Paſtorali, munere præcipimus, ut Sacræ Veſtes prò Miſſarum celebratione, non ſint laceræ, non attritæ, nec corroſæ, aut contaminatæ, ſed honeſtæ, & amictus, albæ, mappæ, pallæ, corporalia: & purificatoria, mundiſſima ſint, & præſertim calices, & patenæ, ſint integræ, nitidi, & deaurati.

XI. In Sacriſtia (b) ſervent omnes, & præſertim Sacerdotes Sacris veſtibus induti, devotionem, ſilentium, cum debita modeſtia: & ab ea abſint clamores, & confabulationes: & ſi aliquando loqui neceſſe ſit, ſubmiſſa voce, & paucis verbis, neceſſitati ſatisfiat, ſub pænis noſtro arbitrio reſervatis, quibus ſubjacere volumus, eos, ad quos ſpectat, id Nobis, non ſignificantes.

XII. Permaximè incongruum eſt Sacerdotes veſtibus ſacris prò Miſſarum celebratione indutos confiteri; mandamus propterea nè Confeſſarii prò eo tempore, eorum Sacramentales Confeſſiones excipiant, & aliàs ſic exceptæ, ſe habeant, ac ſi fuerint factæ ſimplici Sacerdoti, nullam juriſdictionem, & poteſtatem, eas, excipiendi, habenti, quod etiam ſervari volumus quoad Diaconos, & Subdiaconos, Subdiaconalibus, & Diaconalibus veſtibus, indutos: & ſi à ſuis peccatis expiare velint, eas omnes, etiam albam, & amictum deponant omninò.

XIII. Indignum pariter eſt, (c) quod Miniſter in Sacrificio Miſſæ, qui Eccleſiæ, ſivè fidelis Populi in actione adeò ſublimi vices ſupplet, quem Angeli emulantur in Cælis, ſit incapax; immoriger, & petulans Puer, rudis, vel ſordidus homo, prout non ſinè dedecore dignitatis, & ſanctitatis, tanti Sacrificii hic abuſus, ſivè hominum incuria, & improbitate, ſivè temporum vitio cum ſcandalo univerſalitèr irrepſit: Monemus propterea omnes Sacerdotes celebraturos, & Sacriſtas præſertim, Eccleſiarum Rectores, & ſimiles, ut tales ab hoc Miniſterio arceantur.

XIV. Inhærentes quampluriminis Decretis Apoſtolicis, & præſertim illis de mandato Vrbani VIII. 21. *Junii* 1625. Innocentii PP. XII. 23. *Novembris*, & 23. *Decembris* 1697., aliorumque Summorum Pontificum, ſub pænis in eiſdem Conſtitutionibus contentis, mandamus, ne quis audeat

---

(a) *Ead. S. C. in limanen. 29. Jan. 1633. 20 Feb. 1670.* (b) *1. Conc. Prov. ſub S. Catoleſiti* (c) *Herolc. vulgò Diſcipulus in Sermonib. de Sanct. Serm. 48.*

deat Miſſas perpetuas Eccleſiis, Capitulis, Beneficiis, Cappellaniis, Oratoriis, & ſimilibus, eorumque perſonis, relictas, celebrare ad reddituum proportionem, ſi redditus in earum fundatione aſſignati fuerint deteriorati, quaſi, quod pro libito unicuique licitum ſit, eas ad ſuum arbitrium reducere, & moderari, ſed ſi fortè re vera redditus oneribus non correſpondeant prò eorum reductione, aut moderatione ad Nos prò currenti triennio, ut dicemus infrà, opportunis facultatibus ſuffultos, vel ad Sedem Apoſtolicam recurrant, & interim oneri omninò ſatisfaciant.

XV. Advertant, ut diſponitur in dictis Decretis generalibus pariter, quod ubi prò pluribus miſſis ejuſdem qualitatis celebrandis, ſtipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, ſivè ab una, ſivè à pluribus perſonis collata fuerunt, vel in futurum conferri contingat Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Monaſteriis, Conventibus, Beneficiis, Cappellaniis, Oratoriis, etiam locis Regularibus, abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributę eeleemoſynę præſcriptæ fuerint; itaut alioquin ii, ad quos pertinet ſuæ obligationi non ſatisfaciunt, gravitèr peccant, & ad reſtitutionem tenentur.

XVI. Prout quoque ad removendum omnem deteſtabilem quæſtum à Noſtra Dięceſi, prohibemus, ut ab eiſdem Summis Pontificibus prohibitum fuit quibuſcumque Sacerdotibus, qui Miſſam ſusceperunt celebrandam, cum certa, & determinata eleemoſyna, ne eamdem miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ, ſibi retenta, celebrandam committant: Et ſub eadem obteſtatione veniunt Cappellani, & Beneficiati, qui tenentur ad miſſas prò rata reddituum, cum eleemoſyna ad rationem Miſſæ manualis, quæ in Diæceſi taxatur prò granis decem, & ſibi retentis granis duobus, vel tribus, eaſdem miſſas pro eleemoſyna granorum ſeptem, vel octo aliis Sacerdotibus committunt: Et cum id peſſimi ſit exempli in Noſtra Diæceſi, quod propterea, abolere cupientes, denuò ſub obteſtatione divini judicij in futurum fieri prohibemus omninò, & prò præterito eorum conſcientiæ conſulant, ad debitas pænas proceſſuri, ſi fortè in futurum hoc turpe lucrum fieri Nobis innotuerit, tàm contrà committentem, quàm contrà recipientem hujuſmodi miſſæ celebrationem, cum tali eleemoſyna,

XVII. Diſtrictè prohibemus, ut prohibitum eſt in dictis Decretis generalibus Capitulis, Eccleſiis, Beneficiis, Cappellaniis, & Oratoriis quibuſcumque, nec non quibuſcumque, & ſingulis Eccleſiarum, & dictorum locorum ſuperioribus, & iis ad quos pertinet, nè in poſterum ſub pæna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, eo ipſo, incurrenda ſuſcipiant onera Miſſarum celebrandarum ſinè Noſtra in ſcriptis expreſſa licentia, quæ numquam concedetur, niſi præmiſſa diligenti inquiſitione de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus, cuique Eccleſiæ, aut loco ex prędictis incumbentibus, per quàm Nobis legitimè conſtet ejus Sacerdotes, tàm novi oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis jàm ſuſceptis ſatisfacere poſſe, & quod

ſed-

redditus qui relinquuntur oneribus injunctis ſecundum taxam hujus Noſtræ Synodi, reſpondeant omninò.

XVIII. Et eleemoſynas ad formam dictorum generalium decretorum, manuales, & quotidianas prò Miſſis celebrandis, ità demùm iidem accipere poſſint, ſi oneribus anteà impoſitis, ità ſatisfecerint, ut nova quæque onera ſuſcipere valeant, alioquin abſtineant omninò ab hujuſmodi eleemosynis, etiàm ſpontè oblatis in futurum recipiendis: nec umquam Sacerdotes particulares ultrà ſeptem miſſas ad ſummum in hæbdomada recipiant, & ſi ſecus comperiemus, contrafacientes per Nos ſeverè punientur.

XIX. Quolibet die ſtatuto Sacerdotes (a) oneri Miſſarum ſatisfaciant in Eccleſia, & altare præſcripto, & non alibi, & nùmquam poſticipent, neque illud anticipent ſinè cauſa rationabili, & de conſilio aliorum probatorum Sacerdotum, qui ad conſulendum ſuæ conſcientiæ, rem maturè diſcutiant.

XX. In omnibus Sacriſtiis principalloribus, puta Noſtræ Cathedralis, & in Sacriſtiis Matricium, & Archipresbyteralium Eccleſiarum, affixa retineatur tabella oculis omnium patens, in quà onera celebrandarum miſſarum, aliorumque divinorum Officiorum adſint deſcripta omnium Eccleſiarum, Capitulorum, Beneficiorum, Cappellaniarum, & ſimilium Oratoriorum, non ſolum eorum quæ in Eccleſiis dictarum Sacriſtiarum expleri debent, ſed aliorum etiam ejuſdem Civitatis, Terræ, & Loci reſpectivè, expreſſio in eadem tabella, tempore, loco, & beneficio, quibus eas ſunt annexa.

XX. Et inſuper hæc Noſtra Synodus in prædictis Sacriſtiis retineri mandat librum cum ordinatione, & diſtributione Miſſarum, eorumque indiculo, prout in dicta tabella ipſarum, onera fuerint adnotata: Et in eo (b) quilibet ſua propria manu ſtatim, & non priùs, ac celebraverit miſſas, eas ſcribat; & ſi quis in dicto libro miſſarum, non celebratam, falſo deſcripſerit, aùt falſam fidem, de Miſſarum celebratione, etiam privatam fecerit, ultrà pænas juris præſertim contrà falſarios conſtitutas, ipſo facto ſuſpentionis pænam Nobis reſervatam, incurrat.

XXII. Alias per Noſtros Prædeceſſores in Synodalibus Conſtitutionibus taxatæ fuerunt Miſſarum eleemoſynæ, & Nos eandem taxam confirmamus, & approbamus, nempe: *Miſſa manualis plana*, ad rationem *granorum decem* prò qualibet: *Miſſa perpetuâ plana, in quocumque altari*, ad rationem *granorum viginti, & in Altari fixo* ad rationem *granorum triginta* prò qualibet: *Miſſa adventitia cantata ſine miniſtris*, ad rationem *carolenorum quinque, & cum Miniſtris* ad rationem *carolenorum decem*: *Miſſa perpetuâ Cantata*, seù *Anniverſaria ſinè Miniſtris cum Nocturno Officii Mortuorum*, ad rationem *carolenorum quindecim* prò qualibet, *& cum Miniſtris*, *viginti*,

(a) *Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 2. cap. 3. n. 43. apud Monacell. tit. 13. for. 2. n. 60.* (b) *Gavant. apud Monacel. loc. cit. n. 46.*

viginti, & ſi fuerit *ſinè Nocturno, & abſolutione Defunctorum*, prout ſunt præſertim Miſſæ, quæ cantantur de die, aut de aliquo Sancto, ſinè Miniſtris, ad rationem *carolenorum decem, & cum Miniſtris* ad rationem *carolenorum quindecim* prò qualibet. *Anniverſaria* verò *adventitia cum aſſiſtentia, & Officio cum abſolutionè prò Defunctis*, ad rationem Carolenorum *triginta, ultrà duodecim Candelas duarum librarum*, ſex ſcilicèt prò altari, & ſex aliæ prò tumulo, quæ diſtribui ſolent, intèr preſentes; deducta quarta favore Eccleſię,

XXIII. Cum autem per Nos fuerit depræhenſum, quod Eccleſiarum, beneficiorum, & legatorum piorum redditus fuerint in nonnullis Eccleſiis, aut deperditi, aut deminuti, noſtras proinde, Sanctiſſimo Domino Noſtro *Benedicto PP. XIII.* præces dedimus prò facultate reducendi onera Miſſarum, & felicitèr, eam obtinuimus prout ſequitur v3.

XXIV. *Beatiſſimo Padre.*

L'Odierno Veſcovo di Larino umilmente ſupplica la Santità Voſtra, degnarſi concedere la facoltà di redurre le meſſe, e legati pii di detta ſua Dioceſi nell'iſteſſa forma ch'è ſtata conceduta alli Veſcovi, che ſono intervenuti al Concilio Romano, che &c.

Die 14. menſis Martii 1728. Sanctiſſimus Dominus Noſter benignè indulſit Epiſcopo Oratori, ut quamvis Romano Concilio, non interfuerit, nihilominùs præfato reductionis indulto à Sanctitate ſua conceſſo, & in eodem Concilio impreſſo, illius forma, & tenore adamuſsìm ſervatis, prò ſua Civitate, & Diæceſi, uti poſſit, & valeat.

C. Cardinalis Origus Præfectus.

Adeſt ✠ *ſigillum magnum.*

P. Archiepiſcopus Thæodoſiæ Sec.

XXV. Qua de rè vigore præſentis decreti deputamus Noſtrum Vicarium Generalem, qui teſtamentis, inſtrumentis, libris, tabbellis, cæteriſque documentis quibus onera Miſſarum deſcripta continentur, perſpectis, ac ſedulò examinatis, & redditibus unicuique oneri attributis, necnon eorum diminutionibus, diligentèr perquiſitis, atquè perpenſis, & præſertìm, an ipſæ diminutiones perpetuæ ſint, vel temporaneæ, diſtinctam, & fidelem relationem Nobis faciat, ut unamquamque miſſam perpetuam, moderari valeamus, & reducere ad rationem eleemoſynę ſcutorum ſexaginta monetę Romanæ, prò qualibet Miſſa quotidiana, intrà terminum tamèn trium annorum à data conceſſionis ſupradictæ gratiæ.

XXVI. Ad tollendam etiàm quamcumque confuſionem, taxamus pariter, & reducimus Miſſas ad rationem eleemoſynæ *granorum viginti* prò qualibet relictas pò legatis cum onere Miſſarum perpetuarum, incertò numero relictarum, nimirum, ut tot miſſæ quotannis celebrentur, quot legata pecuniæ ſumma capit, ſervata tamen forma certi vel incerti altari, *de qua ſupra hoc eod. cap. 3. num. 22.*

CAP.

C A P. III.

De Proceſſionibus, & Supplicationibus.

I. PRimævi fideles, non ſolum ſtantes in choro, vel circà altare, ſed etiam publico conventu, cantantes, atquè pſallentes, ſupplicationibus de loco ad locum, ſacriſque præcibus, religioſa obſervatione, precedere conſueverunt, quam morem ſemper religioſè ſervavit, & adhuc ſervat Eccleſia ſub nomine Proceſſionum, ſeù ſupplicationum, quæ etiàm, aliquandò Litaniæ majores nuncupantur.

II. Epiſcoporum privativum jus (*a*) cum ſit indicendi publicas, & privatas Proceſſiones, eaſque dirigendi: Prohibemus propterea, nè ulla inſtituatur de novo Proceſſio, quovis prætextù, ſinè Noſtra licentia: & ex ſolitis nulla habeatur de ſerò, ſed omninò completa ſit, antè ſolis occaſum: Et caveant Regulares (*b*) eas ducere extrà clauſtra, ambitum, aùt exteriores circuitus Eccleſiarum abſquè noſtro expreſſo conſenſu, quocumque ſolito in contrarium non obſtante.

III. Proceſſionibus generalibus indictis (*c*) prò cauſa, bono, vel honore publico, tàm Clerici Sæculares, quàm Regulares invitati, & alii, qui, ad eas de jure, vel de conſuetudine tenentur, ſub pænis Noſtro arbitrio reſervatis conveniant omnes: & ij qui tenentur ad ſervitium chori, ſi fuerint abſentes, punctentur: Inſuper, & Regulares, (*d*) non ſe excuſent, quod in Conventu, non ſit Religioſorum numerus ſufficiens.

IV. Et prætèr Proceſſiones univerſales (*e*) Eccleſiæ putà *Rogationum*, & *Corporis Chriſti*, referri volumus, etiàm, ad cauſam, bonum, & honorem publicum aliæ, quæ fiunt, & indicuntur *prò gratiarum actione*, de rè gravi, *prò pace*, intèr Catholicos Principes, vel *prò victoria* impetranda contrà Infedeles, *prò electione, tùm Summi Pontificiis, tùm proprij Epiſcopi, prò Synodorum celebrandarum fælici ſucceſſu*, nec non, quæ fiunt *ad placandum Deum occaſione peſtis, famis, belli, ſterilitatis, & ſimilium*, pro ut declaramus.

V. Nihil eſt quod magis attrahat divinæ pietatis aures, ad præces fidelium, quam pia, & religioſa Sanctarum Proceſſionum diſciplina: Et nihil eſt quod magis provocet, Omnipotentis iram, quam ſi in eis deſit, exemplaris devotionis, ac religionis ſignificatio: Mandat, itaque, hæc Noſtra Sancta Synodus, ut Eccleſiaſtici, ſivè Seculares, ſivè Regulares, ſint, & alii, qui ad eaſdem de jure, aùt de conſuetudine tenentur horà præſcripta, cum propriis Vexillis conveniant in Cathedrali, aùt in Eccleſia Matrici, aliavè, ex qua Proceſſio, & ſupplicatio ſuum habebit principium: & tardè accedentes per viam cum aliis, ſe incorporàre, non audeant.

VI. Mo-

(a) *S.C.T. apud Barb. ad C. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 22. num. 42.* (b) *pluries S.C.C., & S.C.R. apud Monacell. tit. 5 for. 7. n. 22.* (c) *V. Conc. Later. ſub Leon. X. & pluries S.C apud Monacell. loc. cit. n 23.* (d) *Monac. loc. cit. n. 29.* (e) *Congr. part. de ord. Vrb. VIII. apud Mattheuc. Off. Rom. ver. cap. 40. n. 2.*

VI. Modeſtus inceſſus, religioſam redoleat pietatem: ac devotè alternatim recitent, Litanias Sanctorum conſuetas, & alias præces ad præſcriptum Ritualis Romani prò ſupplicationum qualitate: & Regulares, aliivè, qui ad eas, ut ſuprà, tenentur per viam (a) Proceſſionis dimittere, non audeant, ſed ad Eccleſiam redeant, undè initium habuerunt, & exindè non diſcedant quouſquè ſacræ functiones, non fuerint terminatæ, aliàs pænis noſtro arbitrio reſervatis punientur.

VII. Laici intèr Eccleſiaſticos, tàm Seculares, quàm Regulares, & perſonas quaſcumque, quæ Proceſſiones componunt, nullo quovis ſuffragante prætextù ſe immiſceant, ſed viri ſequantur Proceſſionem, & eos feminæ, omninò ſeparatìm: Quæ depoſitis variis ornamentis Roſarium recitent, vel alias orationes ad effugandas curioſitates, & immoderata eloquia: Et ad talem effectum curent Magiſtri Cæremoniarum, vel Archipresbyteri, & Parochi, ut per aliquem Sacerdotem, & in omni caſu ſaltem per aliquem Laicum, ætate provectum, & pium dirigantur.

VIII. Et in Proceſſione, quæ fit cum delatione Sanctiſſimi Sacramenti, ſivè ad Infirmos, ſivè ſolemni feſto Corporis Chriſti, majorem animi venerationem, & religioſiorem corporis compoſitionem, præcæteris expoſcimus, ut per hoc viſibilia pietatis, ac religionis ſigna, ad rerum altiſſimarum contemplationem, quæ in Venerabili Sacramento latent, erigantur.

IX. Propthereà omnes, ſilentio, & majori modeſtia, præſcriptum ordinem ſervent, & omninò ab iis, qui dirigunt Proceſſiones, pendeant: oculorum circumvagationes effugiant, & eloquia quæcumque, etiàm honeſta: Et nullus cujuſvis ſit Dignitatis, & gradus biretum, aut piliolum geſtare audeat, ſed nudato prorſus capite puriſſimum Agnum, quem circumſtantes Angeli adorant, & contremiſcunt, ſupplex proſequatur.

X. Omnes, & quaſcumque actiones, ſpectacula, & repreſentationes arceri mandamus ab ipſis Sacris Proceſſionibus, & multò magis cum feſto Corporis Chriſti defertur Sanctiſſimum Sacramentum: Quando potiùs prout ſtrictè hæc noſtra Sancta Synodus, quibus oportet mandat vias à ſordibus expurgari, floribus inſpergi, exteriores parietes ornari, aliaque fieri, quæ majorem ergà hoc Auguſtiſſimum Sacramentum, devotionem, obſequium, & cultum præſeferant.

XI. Curent Parochi, Archipresbyteri, & cum eis ſacrarum cæremoniarum Magiſtri advigilent, ut in ſolemni Sanctiſſimi Corporis Chriſti Proceſſione, quatuor ſaltem cum ſuis aſtis laternæ, cum intùs accenſis candelis, hinc indè, circa Celebrantem, qui Sacramentum geſtat, deferantur, non obſtante, quod quamplura alia deferantur lumina aperta, quæ non raró vento, aùt pluvia improviſo ſuperveniente extincta omnia remanere videantur, quod permaximè incongruum, atquè Auguſtiſſimo Domino indecentiſſimum foret, ſi lumina accenſa, non adeſſent, quod

(a) *S.R.C. & Epiſcop. apud Pignat. num. 3. conſult. 47. n. 33. & 34.*

etiàm ſervari volumus, dùm ſacrum Viaticum ad infirmos proceſſionalitèr defertur.

XII. Et hoc quidem tempore, quò, ſivè ad Infirmos, ſivè aliquo quovis modo Proceſſionalitèr defertur, Sanctiſſimum Sacramentum, non accedeant Mulieres, aùt alii ex feneſtris illud proſpicere, ſed ex interioribus ædibus flexis genibus, hoc Auguſtiſſimum Sacramentum debita religione venerentur, prout ipſos ad id paternè enixè adhortamur.

XIII. In qualibet Eccleſia, undè ad ſtatutas Proceſſiones Clerus, & Populus egreditur ubi primùm, procedendi, initiùm fit; Campanarum omnium pulſatio, præſertim dum defertur Auguſtiſſimum Sacramentum etiàm prò Viatico ſolemnitèr tamdiù adhibeatur, quoad indè univerſus Clerus in Proceſſionis munere ſit egreſſus; & hoc præſtari mandamus etiàm cum à Proceſſione ſit reditus.

CAPUT IV.

De Funeribus Exequiis, & Sepulturis.

Sancta, & ſalubris eſt cogitatio prò Defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur, quod Macchabæorum monitum, licet omnes Chriſtifideles tangat, peculiares tamen ſunt, qui ſtant in circuitu Menſæ Domini, quibus ſpecialis cura demandata eſt, ut in hoc pietatis opere exerceantur: Et Deus, qui omnium curam abſquè perſonarum acceptione habet, ait: Quod non ſolùm in hac vita, ſed etiàm, & in alia, *eadem menſura, qua alios menſi fuerimus, remetietur, & Nobis*.

II. Curent proptereà Parochi, ut in ſepeliendis mortuis omnis adhibeatur paſtoralis ſollecitudo: Et ſtudeant, qua decet pietate, & charitate mortuos ſepelire, & quodcumque avaritiæ genus, deteſtando, contenti ſint ſolitis eleemoſinis, juxtà taxas aliàs hac de re per Anteceſſores noſtros factas, & ſi fuerint Pauperes, gratis omninò, etiam quoad omnia alia jura, ultrà pedaticum, quod appellant, ſepeliantur, & ſumptibus Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticorum, vel in ſepulcrum deferantur, & non aliàs, niſi prout hactenus circà id ſervatum fuit. (a)

III. Satagant prætereà Parochi, & Archipresbyteri, ut Defunctorum Cadavera (b) antè ortum, vel poſt Solis occaſum, non deferantur: & nec ſepeliantur, niſi tranſactis ſaltèm duodecim horis, poſtquam expiraverint: Quod ſi quis ex improuiſa, & ſubitanea morte ab hac vita deceſſerit antè viginti quatuor horas ab obitu, ut nullus de morte dubitandi locus remaneat ſepulturæ, non tradatur: & regularitèr ea ultrà viginti quatuor horas ſinè noſtra, vèl noſtri Generalis Vicarii in ſcriptis obtenta licentia in nullò caſu defraudentur.

IV. Et numquàm retardetur Cadaverum ſepultura, tàm exterorum, quàm incolarum ſub nullo quovis prætextu ſi in communione Eccleſiæ dece-

(a) *Rit. Rom. de exeq. §. pauperes.* (b) *Vid. Poſſev. de Off. Curat. cap. 14. num. 1. & cap. 15. num. 2.*

decedant, aut aliàs ab ea non fuerint interdicti: nec minus (*a*) prætextu æmolumentorum, ſed ea etiàm contenti ſint taxa, quam ſancta, & pia conſuendo laudabilitèr hactenus ſervavit, ſalvis tamèn juribus quibuſcumque favore Eccleſiæ, Parochorum, & Eccleſiaſticorum prò quacumque differentia, ſi ſubindè evenire contigerit; per Nos, vèl per noſtrum Vicarium Generalem poſtquàm Cadaver fuerit tumulatum auditis partibus ſummariè, & de plano terminanda: Et volumus, ut abſint omninò quæcumque pactiones, & exactiones in ejuſmodi funeribus illicitæ.

V. Et Capitulum (*b*) noſtrum in Civitate, & Parochus in Clero per Diæceſim teneatur celebrare ſupèr Defuncti Cadavere primum Nocturnum cum reliquis præcibus, ut ſervatur in funere Civium prò tribus libris ceræ albæ elaboratæ, ſi defunctus dùm vivebat decimas, ut alii Cives ſolverit, vèl niſi alibi, alia non rêperiatur approbata conſuetudo, quàm præſenti hac noſtra Synodali ſanctione confirmàmus.

VI. At Sacerdote obeunte omnes alii Sacerdotes tàm in Urbe, quàm in aliis locis noſtræ Diæceſis, ut charitas fraterna expoſcit ad exequias Domum conveniant, & in Eccleſia Officium celebrent, & Miſſam ſinguli dicant prò ejus anima, ut infrà dicemus, & cum laudabilitèr nonnulla alia pietatis officia Dignitates, & Canonici ergà eorum Conjunctos in primo, & ſecundo conſanguinitatis, ſivè affinitatis gradu, gratis expleant: Ad id alios Sacerdotes totius noſtræ Diœceſis ergà Defunctos, eorum conjunctos, funerum occaſione, peragendum in Domino paternè adhortamur.

VII. In aſſociandis autèm funeribus Eccleſiaſtici omnes, tùm Seculares, tùm Regulares, & Confratres gravitèr, & modeſtè ſe gerant, ac decenti, & habitu talari induti, mundiſque ſuperpelliceis, aliiſque ſolitis inſigniis reſpectivè, & abſquè pileis, quorum uſum in omnibus Sacris Proceſſionibus; ipſis, interdicimus omninò; Nec non bini, & bini, ſuo proprio loco, & remoto tumultu, & multo magis contentionibus, imo, & mutuo colloquio, procedere, ſtudeant: Et Parochus indutus ſuperpelliceo, & Stola nigra ſuprà mozzettam dumtaxat, qua ſit contentus, ſequatur omnes alios de Clero, non autèm Capitulum noſtrum, quod numquàm neque ratione Stolæ præcedere audeat. (*c*)

VIII. Et Regulares, ut decreto Sacræ Congregationis Concilii cautum eſt, (*d*) quando vocantur ad aſſocianda defunctorum cadavera accedant ad hanc noſtram Eccleſiam Cathedralem, vèl Parochialem reſpectivè, & per viam, aùt ad domum defunctorum convenire, quacumque conſuetudine in contrarium non obſtante nullo modo expectare audeant.

IX. Nulli Eccleſiarum Parocho, Archipresbytero, & ſimilibus liceat fidelium defunctorum cadavera tumulare, niſi in Eccleſia, & ſepultura

K 2 per

(a) *Pluries S.C. apud Mancin. de inſtr. in ord. ad Sepult. fol. 488. rub. 2.* (b) *Synod. Catal. d. loc. cap. 6* (c) *Pluries S.C. apud Barboſ. de off. Paroch. cap. 26. nu. 6.* (d) *Plur. S.C.C. apud Monacell. tit. 5. fol. 7. num. 21.*

per ipſos electa : Et ſi abſquè eorum electione deceſſerint, in Urbe ſepeliantur in hac noſtra Cathedrali, & in aliis locis in Matricibus Eccleſiis reſpectivè niſi majorum habuerint ſepulcrum : E recuſante Eccleſia electa Cadaver tumulandum recipere priuſquam jus funerandi Parochis devolvatur recuſationem in Curia noſtra probari volumus, & interim per modum depoſiti, partibus ſuis Juribus ſemper ſalvis locorum Vicarii, & in eorum defectu Parochi, & Archipresbyteri ea in propriis reſpectivè Eccleſiis ſepeliri ſatagant.

X. Licet Capitulo noſtro dùm collegialitèr procedit (a) quoties ad Eccleſiam Regularium comitatur eam prælata Cruce ingredi, atque in illa ſuper ipſo corpore Pſalmum *Miſerere*, vel *De profundis cum verſiculo, reſponſorio, & oratione* recitare, aùt canere: Et Regulares etiàm indirectè id impedire tentantes, vel recipere recuſantes defunctorum cadavera in eorum Eccleſiis, cæteroquin ſolitis ea recipere, poterunt per Nos, & Curiam noſtram ſub cenſuris, etiàm per interdictum compelli, prout pluries, declaravit Sacra Congregatio.

XI. Quamquàm, non parum Prædeceſſores noſtri (b) allaboraverint ad extirpandum abuſus, qui maximam redolent ſuperſtitionem in deferendis ad Eccleſias Defunctorum Chriſtifidelium cadaveribus; adhùc tamèn cum totaliter extincti, non conſpiciantur, ut ea dum ad Eccleſiam deferuntur, affines, conſanguineæ, aliæque conjunctæ feminæ ſuis jejulatis, & ſtrepitibus, aliiſque conſimilibus gentilitatis ſignis functiones Eccleſiaſticas demulceant : Et cupientes, ut par eſt huic malo occurrere inhærendo Conſtitutionibus Synodi Provincialis 14. *tit.* 28. *de ſepult. cap.* 8. hæc noſtra Sancta Synodus præcipit, & mandat ſub gravibus pænis noſtro arbitrio reſervatis, Capitulo noſtro, Archipresbyteris, Parochis, & Eccleſiaſticis omnibus, ut eas uſquè ad ſecundum gradum incluſivè arcere faciant; quod ſi pertinaces fuerint, ſiſtat Proceſſio, nec ultrà progrediatur quouſque, & ipſæ earum domos, non redierint, & quatenùs opus ubi ad Eccleſiam convenerint ab eadem ſimilitèr expellantur omninò.

XII. Et viri occaſione funerum Barbam ultrà menſem, non habeant, ſed eam infrà dictum tempus tondant prout ipſos adhortamur, quod Eccleſiaſtici ſub graviſſimis pœnis, noſtro arbitrio, reſervatis, etiam Cenſurarum infrà quindecim dies infallibitèr præſtabunt : Et Eccleſiaſtici cujuſvis ſint ſtatus & gradus dictorum funerum occaſione, veſtes, non mutent, nec alias lugubres deferant, ſed in proprio habitu permaneant, & tranſacto die obitus, divinis, qui ad ea tenentur prorſus interſint, aliàs punctentur.

XIII. Quantum fieri poteſt retineatur antiquiſſimum Eccleſiæ inſtitutum, ut Miſſa præſente corpore defuncti prò eo celebretur, antequàm ſepulturæ tradatur: & ſi quis die feſto ſit ſepeliendus, Miſſa propria prò defunctis præſente corpore celebrari poterit, ut diſponitur in Rituali Rom-

(a) S.R.C. apud Monacell. loc. cit. num. 73. & ſeq. (b) Synod. Catal. tit. 27. cap. 2.

Romano, ita tamen, ut Conventualis Miſſa, & alia officia divina, non impediantur, vel alia celebritas magna diei, non obſtiterit.

XIV. Nullus audeat in domo defuncti ſupra Cadaver ſermocinari; quod in Eccleſia de Noſtri, vel Noſtri Generalis Vicarii fieri in certis, tamen quibuſdam caſibus, noſtro arbitrio reſervamus: & qui ſecùs attentare præſumpſerit, puniatur ſimilitèr arbitrio noſtro, etiàm cenſuris.

XV. Cum autem in ultimo exitu ab hac vita Diabolus circuat, & intendat omnes ſuæ verſutiæ nervos, ad perdendum nos, quærens, quem devoret: Quo circa, dum quis in agonia fuerit conſtitutus, curent Parochi in eorum Eccleſiis *decem* dumtaxat majoris campanæ ictibus, dari, ſignum: quò audito, adhortamur, omnes, ut ſtatim, eorum mentem ad Deum elevent, & orent prò felici animæ, à ſuo miſerabili, quo detinetur, corporis, ergaſtulo, exitu: & ut ſupra diximus, ipſos monitos facimus, quod, eadem, qua fuerimus menſura, alios, menſi, remetietur, & nobis: Et poſtquam ab hac vita migraverint pulſentur, campanæ, prò laicis, *bis*, prò ſimplicibus Sacerdotibus, *ter*, prò Archipresbyteris, *quater*, prò Canonicis, *ſexies*, & prò Epiſcopis, *novies*, ſemper cum aliquo intervallo: in reliquis ſervatis ritibus, & ſolitis cæremoniis, de quibus in Rituali Romano, & in Cæremoniali Epiſcoporum reſpectivè.

XVI. Ad terminos conſtitutionis Sancti *Pii V.*, quæ incipit, *cum primum Apoſtolatus*, & Synodalium decretorum noſtrorum Prædeceſſorum diſtinctè prohibemus, ne in cadaveribus tumulandis Eccleſiarum, vel Sacriſtiarum pavimenta ſcindantur, ſub pæna ducatorum triginta, & in ſubſidium juris excommunicationis, tàm contrà Eccleſiarum Rectores, Sacriſtas, Archipresbyteros, & ſimiles, quibus eorum cura incumbuerit id permittentes, quàm contrà alios, qui id facere attentaverint, vel ad id mandatum, conſilium, aùt favorem præſtiterint, quoad Eccleſiaſticos; quo verò ad laicas perſonas, ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ: Cadavera, enim Chriſtianorum, ſepeliri convenit in formatis ſepulcris, & tumbis profundis infrà Terram, ut per dictam Conſtitutionem Sancti Pii V. cautum eſt.

XVII. Et ut in Eccleſiis nihil indigens relinquatur, ut ait, dictus Sanctus Pontifex in eadem conſtitutione; Mandamus propterea, & quidem ſub pęna excommunicationis, ut capſæ omnes, & depoſita, ſeù alia cadaverum conditoria ſupèr terram, ſi qua exiſtant, amoveantur omninò, & ea in futurum collocari prohibemus: Et permittimus cum noſtro tamèn in ſcriptis obtenta licentia monumenta marmorea muris, ſeù columnis adhærentia, amotis, ab eiſdem, prorſus, cadaveribus.

XVIII. Cadavera, vel eorum oſſa ſub nullo prætextu, cauſa, aùt quęſito colore, nemo ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ ſinè debita licentia exhumare audeat, & ea de loco ad locum, tùm intrà, tùm extrà eandem Eccleſiam tranſportare, nec minus prò recognitione cadaveris, nequè judiciali, neque extrajudiciali; Et ad eandem pœnam ex-

com-

communicationis latæ ſententiæ teneantur conſilium, auxilium, mandatum, aut authoritatem, ad id, præſtantes.

XIX. Quibus autem non liceat dari Eccleſiaſtica ſepultura adeat Parochus Rituale Romanum, de exequiis, *hoc eod. §. quibus autem.*

XX. Caveant (a) Clerici Seculares, & Regulares cujuſvis ſint ordinis, & inſtituti, nè ſubquovis prætextu, contrà præſcripta in Sacris Canonibus, ſuadeant aliquem ad eligendam ſepulturam in propriis Eccleſiis, vel ad jam electam, ulteriùs non mutandam, ſub pæna excommunicationis.

XXI. Ultimo per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Benedictum PP. XIII. antiquorum Patrum veſtigiis inhærendo cautum eſt, quod in ſingulis Diœceſibus anniverſaria prò Epiſcopis defunctis, celebrentur: Cum autem nobis id valdè pium, & conſonum videatur, in noſtra Diœceſi omninò ſervari præcipimus, hac etiam noſtro Synodo Diœceſana approbante, & ad talem effectum hic tranſcribi curavimus de verbo ad verbum, hoc ſynodale Decretum, prout ſequitur.

XXII. *Ex ipſius inſuper Cærimonialis Epiſcoporum mandato, in univerſis cujuſque Civitatis, & Diœceſis Cathedralibus, & Collegiatis, aliiſque Conventualibus, ſeù receptitiis Eccleſiis pratèr ſolemnè Anniverſarium prò ultimi Defuncti Epiſcopi anima in ejus die obitus celebrandum, alterum etiàm per ſingulos annos agendum decernimus in perpetuum prò omnibus propriæ Diœceſis Epiſcopis infrà prædictam fidelium omnium Defunctorum octavam: Quo circa, quos id agere oporteat convenimus: Et illam eis Chriſti Domini ſententiam:* Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remenſietur vobis, *paternè commemoramus.*

XXIII. Quò autèm ad Sacerdotes hujus Noſtræ Diœceſis, qui ab hac ad aliam vitam convolant, cum in ea adſit antiqua conſuetudo, particulari Conſtitutione in Diœceſana Synodo bon. mem. Joſephi Catalano Prædeceſſoris Noſtri Epiſcopi confirmata, ut quiſque Sacerdos, quemcumque Conſacerdotem Defunctum ſuffragetur Sacrificio Miſſæ, eam tamquam piam, & undique laudabilem commendantes hic de verbo ad verbum tranſcribi mandavimus, prout ſequitur.

XXIV. *Laudabilem conſuetudinem religioſa chiaritate inductam, ut cujuſvis Conſacerdotis animam Miſſæ Sacrificio, Sacerdos quilibet comitetur confirmamus, & approbamus: Ad cujus effectum mandamus ſub pæna ducatorum decem Archipresbyteris omnibus, ut de ſecuta alicujus Sacerdotis morte totius Diœceſis Archipresbyteros, & hi per Cartulam Eccleſiæ Parochialis ſacriſtiæ affixam Clerum ſuæ Parochiæ admoneant, librum autem Archipresbyter quiſque conficiat in quo ſuæ Parochiæ Sacerdotes de celebrata prò Defunctis Miſſa veritatis teſtimonium perhibeat, quod ſi aliquis Sacerdos hujuſmodi Miſſæ Sacrificium per duas vices non præmiſiſſe abſquè legitimo impedimento* com-

(a) *Clem. dudum de ſepult. clem. cupientes de pœn. in fin. cap. 1. de ſepult. in 6. cap. ex parte cap. lib. eum. de ſepult.*

compertus fuerit in ipſius Morte reliquorum Diœceſis Conſacerdotum ejuſdem Miſſæ ſuffragio careat, & proinde de ſatisfactione, ſeù alicujus omiſſione, Archipresbyteri ſibi invicem notitiam porrigant.

C A P. V.

De Indulgentiarum evulgatione, & earum uſu.

I. PRæcellens re vera eſt hoc beneficium Indulgentiarum, quas prò remiſſione pænarum temporalium prò peccatis debita Eccleſia Catholica Romana, facultate ſibi à Chriſto Domino, commiſſa (*a*) ex meritis Paſſionis ejuſdem Domini Salvatoris Noſtri, Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum; & Sanctarum ejus diſtribuit, pro quibus dicere poſſimus cum Iſaija: *Miſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus, quæ reddit Nobis Dominus, & ſuper multitudine bonorum domui Iſrael, quæ largitus eſt eis, ſecundum Indulgentiam ſuam, in dilectione ſua, & Indulgentia ſua ipſe redemit eos, & portavit eos, & elevavit eos cunctis diebus ſæculi.*

II. Doceant propterea frequentèr Parochi, & Concionatores Populum, quò animi candore, quavè veneratione ſe diſponere debeant ad eas lucrandas, cum aliàs nullatenùs proſint niſi prius per Pænitentiæ lavacrum, conſcientiæ, inquinamenta deleantur.

III. Nullus (*b*) Secularium, ſivè Regularium exponat, ſeù publicet Indulgentias quomodocumque à Sanctiſſimo Domino Noſtro PP. obtentas, vel in futurum obtinendas, niſi prius reviſæ, & in ſcriptum publicentur à Noſtro Vicario Generali, qui diligentèr inquirat an in una, & eadem Eccleſia contrà tenorem ſolitæ conceſſionis plures uſurpentur Indulgentiæ.

IV. Et ſub pæna interdicti Eccleſiæ, nullus, ubi expiraverit tempus preſcriptum, in literis Indulgentiarum, ſub futura ſpè obtinendæ confirmationis, eas publicet, vel earum tabellas apponere audeat.

V. Indulgentia (*c*) conceſſa per Papam, alicui Cappellæ prò Defunctis, non extenditur ad vivos; Adeò ut, qui vivens celebrat, aut ſibi celebrari faciat prò ſe Miſſam, illam, non conſequitur.

VI. Sicuti quando hujuſmodi indulta perpetuò, vel ad tempus à Summis Pontificibus conceduntur, Sacerdotibus Miſſas Defunctorum, aliquo determinato die, vel diebus, ſivè quotidiè in altari paritèr determinato celebrantibus: quo caſu, ſi in dicto altari Privilegiato, celebratur Miſſa de Sancto, vel votiva ceſſat prò illa miſſa privilegium ſivè Indulgentia, niſi occurreret Feſtum duplex, vel dies, in quà Defunctorum Miſſæ, juxtà ritum, & morem Eccleſię celebrari nequeunt, quibus diebus Miſſæ, quæ dictis Altaribus privilegiatis celebrantur eaſdem, habent, Indulgentias, perinde, ac ſi celebratæ fuiſſent Miſſæ Defunctorum, ut declaravit

(a) *Extravag. Unigenitus, de pæn. & remiſſ. Trid. ſeſſ. 25. de Indulg.* (b) *Trid. ſeſſ. 21. de ref. cap. 9. & C. C. apud Monacellum, it. 16. formul. 6. ſub n. 6.* (c) *Navar. conſ. 39. p. 2. de pæn. & remiſſ.*

ravit Alexanter VII., Clemens IX., & Innocentius XI.(a)

VII. Itèm quod translato (b) feſto, non transfertur Indulgentia, ut declaravit Sacra Rituum Congregatio, etiàm ſi tranferatur feſtum, non ſolum, quoad Officium, verùm etiàm, quoad feſtum, hoc eſt quoad abſtinentiam ab operibus ſervilibus: Indulgentiæ enim conceſſæ prò certò, & determinato die, tamquam eidem affixæ, numquàm transferuntur, niſi per Papam hoc expreſsè concedatur.

VIII. Nullam prætermittentes curam, quà melius conſultum fiat animabus, Nobis, in Domino, commiſſus: quò circa, cum, à Sanctiſſimo Domino Noſtro Benedicto PP. XIII. facultatem conſecuti ſimus, ut Parochi Noſtræ Diœceſis concedere poſſint Indulgentias in articulo mortis, perſonis, eorum curæ, commiſſis, illam hic de verbo, ad verbum, tranſcribi decernimus, proùt ſequitur.

IX. *Beatiſſimo Padre.*

Gio: Andrea Veſcovo di Larino proſtrato a' Santiſſimi piedi di Voſtra Beatitudine, umilmente la ſupplica della grazia a' ſuoi Parochi, e coloro che hanno cura di anime in ſua Dioceſi, di poter concedere le Indulgenze in articulo di morte a ſoli moribondi della loro cura, che &c.

Sanctiſſimus annuit uſque ad numerum tercentum prò quolibet Curato in forma conſueta.

Nicolaus Cardinalis Coſcia.

Adeſt ✠ ſigillum magnum.

X. Advertant igitur Curati, proùt aliàs Noſtro Edicto particulari ipſis injunctum eſt, ut per sè, non autèm, per alios, in articulo mortis conſtitutis adhibita formula, de qua in Rituali Romano eam elargiantur in ſuis Parochiis dumtaxat, & non alibi; cum extrà eas non extendatur dicta facultas: & proùt eas elargiti fuerint in libro benè confecto adnotent perſonas, quibus eaſdem conceſſerint: & terminato numero tercentum dictarum Indulgentiarum, juxtà præinſertam facultatem, Nos opportunè certiorem faciant, ut gratiæ prorogationem impetrare valeamus.

CAP. VI.

De Jejunio, Oratione, & Eleemoſynis

UBI

De Quæſtuariis.

I. DEo tribus modis (c) ſatisfacimus: putà, Jejunio, oratione, & eleemoſyna; proùt Jejunium, omnem, corporis; afflictionem; oratio omne opus exterius, ad cultum Dei pertinens; ut Oratio Mentalis, vocales, pſalmodia, ſacrificia, & oblationes complectitur; & eleemoſyna, ut eſt omne opus, quod ex miſericordia, ad proximi, utilitatem impenditur: & hæc ſatisfactio, quæ fit tribus prædictis modis, reſpondet, etiàm

(a) *Apud Monacell. tit. 16. for. 6. ſub n. 6.* (b) *S. R. C. apud Monacell. loc. cit. n. 9.* (c) *Catechiſ. Rom. de Satiſf. n. 71. S. Leo ſerm. 1. de jejun.*

In Indice Libri I. habetur: Lacticinia tempore jejuniorum vid. Jejunium: sed nec in verbo Jejunium, nec in hoc capite agit de Lacticiniis.

etiam triplicibus bonis quæ à Deo habemus: nam ſatisfactio fit de bonis exterioribus, per eleemoſynam, de bonis corporis per Jejunium, & de bonis animæ per Orationem: Prout quoquè per Jejunium ordinatur homo in sè, per eleemoſynam ad proximum, & per orationem ad Deum.

II. Quanti autèm ſit jejunium apud Deum, ex eo præceteris conjici poteſt, quod per jejunium meruit Moyſes recipere à Deo legem ſcriptam: Elias ſtare, & loqui facie ad faciem coram Deo: Civitas Ninivæ peccatorum ſuorum Indulgentiam obtinere: Anna Propheteſſa videre, & adorare expectatum Meſſiam, & Salvator Noſter Jeſus Chriſtus in deſerto, in quo jejunavit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, Miniſterio Angelorum perfrui.

III. Jejunium enim purgat mentem, ſublevat ſenſum, carnem ſpiritui ſubdit, concupiſcentiæ nebulas diſſipat, libinis ardores extinguit, & charitatis lumen accendit, ut explicat Cartuſianus: & hac de re Sancta Mater Eccleſia in oratione primi Sabbati majoris jejunii, dicit, quod illud *prò animabus, corporibuſque curandis, ſalubritèr inſtitutum eſt*.

IV. Et ne (*a*) gentes rurales ignorantia ulla excuſari valeant à Jejuniorum obſervantia, Archipresbyteri, & Parochi, ſingulis diebus Dominicis opportunè denuncient jejunia de præcepto, quæ incidunt per hebdomadam, & Sacriſtæ Eccleſiæ Cathedralis, & Parochialium præcedenti ſerò poſt ſalutationem Angelicam dabunt pluribus ictibus Campanę majoris vigiliarum ſignum, qui paritèr Sacriſtæ, ſub pęna carolenorum decem, pauperibus locorum applicandorum, prò qualibet vice diebus quadrageſimæ, & jejuniorum de præcepto indicent proprio tempore per ſonum Campanæ horam meridianam.

V. Quiſque vetitorum ciborum æſum ſinè gravi neceſſitate, jejuniorum tempore attentare, non præſumat: Et ſi ſecùs ſtatuimus, & hac noſtra ſanctione Synodali decernimus, proùt decretum fuit in Concilio Conſtantinopolitano *III. Can.* 56., ut ſi ſint Clerici deponantur, ſi verò laici ſegregentur a fidelium conſortio, & eorum creſcente contumacia tamquàm de hæreſi ſuſpecti, puniantur.

VI. Nec ii, quos languor extenuat, aùt ætas incurvat, aùt neceſſitas arctat, præceptum, de non veſcendo cibos vetitos, eorum jejuniorum tempore, violare præſumant, ſinè noſtra, vel noſtri Generalis Vicarii in locis, ubi nos præſentes erimus, vèl Vicariorum locorum in eis, à quibus erimus abſentes, & in ipſorum defectu à propriis Parochis in ſcriptis obtenta licentia, quæ numquam concedetur, ſinè utriuſque Medici Spiritualis, & Corporalis petentium conſilio, puta proprij Parochi, & Medici Phiſici, explicatis, eorum, neceſſitatibus.

VII. Advertant autèm Medici, nè ſine debitis cauſis id conſulant, & permittant: Si enim abſque juſtà, & rationabili cauſa, hoc eorum dederint

L

(a) *cap. denique d. 4. cap. ſtatuimus d. 72. cap. ſolent de conſecr. d. 1. cap. pronunciandum d. 3. c. 1. tit. in 6.*

rint conſilium, ſuas conſcientias graviter onerabunt, & de hoc coràm Deo rationem reddituri ſunt; nec quoſcumque indulgeant vetitos cibos, ſed eos tantùm, qui bonæ valetudini fuerint conſulti: Et petentes, per quàm ſeriò moneant Medici, ut de ſero à cibis prohibitis abſtineant, & jejunium, quod *prò animabus, & corporibus curandis ſalubritèr inſtitutum eſt*, ſervent; (a) Sicuti etiam dies Mercurii, Veneris, & Sabbathi excipiant, niſi morbi qualitas, aliud ſuadeat, & de hoc apertam faciant mentionem in eorum conſultis, ſcripto concedendis, prò directione, tùm petentium, tùm noſtra, & noſtrorum Miniſtrorum, tùm inſupèr, & ſuorum Confeſſariorum.

VIII. Macellarii autem carnes non vendant, ſinè licentia à Nobis, vel à noſtro Generali Vicario, vel à locorum Vicariis foraneis, & in eorum defectu ab Archipresbyteris, & Parochis reſpectivè concedenda ſub pęna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ: & cum eadem licentia, non in aperto, in officinis vendantur carnes, ſed intrà eos, ne aliis, ſcandalo, ſint.

IX. DIES IN QUIBUS JEJUNIA PRÆCIPIUNTUR.

(*Omnes dies Quadrageſimæ*, Dominicis exceptis, *quatuor anni tempora.*
(*Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti.*
(*Pentecoſtes, ex conſuetudine.*
(*Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis.*
Vigilię (*Omnium Sanctorum.*
(*Omnium Apoſtolorum*, excepta Vigilia Sanctorum Joannis, Jacobi, & Philippi
(*Sancti Joannis Baptiſtæ.*
(*S. Laurentii.*

X. Et licet vigilia Sanctorum Titularium Eccleſiarum, & Patronorum principalium locorum, non ſit de præcepto, hortamur tamen Populum, noſtræ Paſtorali curæ ſubjectum, & quidem in Domino, ut illam ſervare, & celebrare velint reſpectivè.

XI. Jejunia, quæ incidunt diebus Dominicis, prout etiam in feſto Corporis Chriſti anticipentur ad diem immediatum antecedentem: & ità ſi Vigilia Sancti Joannis Baptiſtæ incidat in feſto Corporis Chriſti, anticipandum eſt jejunium feria quarta, ex declaratione ſan. me. Vrbani PP. VIII: (b) & Vigilia S. Matthiæ Apoſtoli, ſi occurrat ultima die Bacchanalium, non poteſt anticipari in diem Sabbati præcedentis, ut declaravit Sacra Rituum Congregatio 23. *Iunii 1694. relat. in Bullar. fel. recor. Innocentii PP. XII. 93.*

XII. Non ſufficit tamèn jejunare, ſicuti Hypocritæ triſtes faciunt corporalitèr tantùm, ſed debemus etiàm à peccatis abſtinere, unuſquiſque ſuam carnem cum vitiis, & concupiſcentiis ſuis crucifigendo, ut Deum pro-

(a) vid. Edictum ſub *Clem. XI. apud Monacell. tit. 16. for. 4. nu. 5.* & hoc idem mandarunt *Innoc. XIII.* & S. S. N. N. *Bened. XIII.* (b) *ſub die 13. Oct. 1628. in Bull. tom. 5. conſt. 23.*

propitiatorem invenire valeamus, & lætantèr dicere: *Jejunavimus, & rogavimus Deum Noſtrum, & evenit nobis proſperè*; Proùt dicebat Tobias *& bona eſt oratio cum jejunio, quam Angelus portat in ſinù Abrahæ, & Dominus exaudit illam*.

XIII. Et non ſolùm tempore jejuniorum, ſed ut monet Apoſtolus *ſempèr debemus orare, & ſinè intermiſſione*, quia numquàm in præſenti vita deeſt miſeria, & propterea de continuò indigemus Dei adjutorio, & miſericordia: Ad quod autèm præceptum, orationis implendum, non abſre, ſi in principio cujuſlibet operis, *quiſquè præmittat ſignum Crucis, orationem Dominicam recitet, & ſe divino auxilio committat*, omnia faciendo, ad Dei gloriam, ut debemus; ſecundùm, quod explicat Sanctus Thomas: (*a*) Oratio debet eſſe continua, ſempèr enim orat, qui ſempèr benè agit, & propterea juſtus numquam deſinit orare, niſi deſiſtat eſſe juſtus.

XIV. Quos autem oportet Parochos præſertim, & Confeſſarios, monitos, facimus, ut vigilent, & diligentèr exquirant, quam viam teneant, & quem ſequantur methodum, ſi quis aliàs orationi mentali incumbat, damnando, reprobando, proùt nos damnamus, & reprobamus, & Eccleſia damnat, & reprobat, eam, quàm tenuit, docuit, & in praxim deduxit *damnat mem. Michael de Molines* perditionis homo, ſed curent, ut dirigant ſe ad formam inſtructionum, quæ circà id dantur ab authoribus ab Eccleſia probatis.

XV. Quia omnes, ut plurimum bona temporalia, quæ oculis corporeis videntur petere ſolent, & an ſaluti animæ ſint profutura, prorſus ignorant, nec curant ſcire: Parochi igitur, & Archipresbyteri plebes ſibi commiſſas, inſtruant, ut ſciant in oratione, quid, quomodo, qua mente, & quo fine petere debeant, ne ex eorum orationibus iraſcatur potius Deus, quam eis ipſorum orationibus aures præbeat.

XVI. Quo verò ad eleemoſynam in ſacris eloquiis nullum opus tàm enixe, & tàm frequentèr, nobis, à Deo, injungitur, quàm eleemoſina, nullique tàm placatus ſe offert, quàm iis, qui faciunt miſericordiam: eleemoſina enim, in manu Pauperis aſcendit in coſpectu Dei: Exorat coràm Deo prò concedentibus, eorum orationes implet, & eos liberat ab omni malo.

XVII. Verùm eleemoſinæ, non ſolum erogantur in Pauperum uſum, ſed etiàm in cultum Divinum, & Miniſtrorum Sanctuarii manutentionem, & conſervationem, cum decentia debita: Prohibemus (*b*) tamen eleemoſinas colligere prò Eccleſiarum fabrica, Miſſarum celebratione, aùt quovis alio pio uſu, ſinè noſtra in ſcriptis obtenta licentia, ità tamèn, ut qui cum dicta licentia electi fuerint ad eas quærendas, contineant ſe intrà limites ejuſdem licentiæ, aliàs punientur, proùt etiam, ſi quis alio modo eadem abutatur facultate: Et quibuſcumque eleemoſinariis, & quæ-

(a) 2.2.q.83.art.1. in corp (b) *S.C.Epiſcop.apud Nicol.in floſcul verb.quæſtor.n.1.*

ſtuarii interdicimus omnem poteſtatem Indulgentias publicandi, aùt oratiumculas venditandi, ne Apocryphas, ut ſępe uſuvenit ſimplicibus, obtrudant.

XVIII. Quæſtores quicumque ſint, et eleemoſynarum Collectores prò fabrica, Miſſarum celebratione, aliiſque pietatis operibus deſtinati fideliter àſportent ad quos oportet, eiſque in propria ſpecie conſignent, ſi fieri poteſt, ſin autem (*a*) earum prætium, et non abutantur eorum exemptione à gabellis prò frumento, vino, oleo, et ſimilibus, dato, (*b*) et recepto prò eleemoſina, vèl in eleemoſinarum convertendo.

P A R S IV,

C A P U T I.

Dè Sacroſanctis Eccleſiis.

ubi

Dè cultu, & reverentia, eiſdem debita.

I. DOmus Dei, locus orationis eſt: In ea propterea ſemper orandum, ut ipſa veritas Chriſtus Jeſus nos docet: Quarè nos qui in domo iſta profana mercamur, ut flagello de funiculis facto, ab ea, nòn proiciamur, ut evenit incredulis nummulariis Judeorum Summi Pontifices Gregorius X. *in Concilio Generali Lugdun.*, (*c*) et Sanctus Pius V. in ſua Conſtitutione, quæ incipit: *Cum primum*; Nec non *Concil. Trident.* (*d*) plura circà cultum, et venèrationem Eccleſiarum providè, ac piè ſanxerunt, et pęnas comminarunt contrà profanatores earundem, et facultatem ad improborum hominum, temeritatem, et irreverentiam compeſcendam Epiſcopis, tamquàm Sedis Apoſtolicæ Delegatis, illimitatam conceſſerunt.

II. Memores itaquè ſint Parochi promiſſionis Dei, qui cuſtodit pactum, quod fecit David, et Salomoni filio, nempè, quod quicumque in Templo oraverit, et extenderit manus ſuas cognoſcens infirmitatem ſuam, ei peccata dimittat, et faciet cuncta prò quibus eum oraverit: Et propterea excitent fidelium corda, ut adorent, et timeant Dominum in loco illo, qui Sanctus eſt, ad hoc ut in eorum afflictionibus, quæ innumeræ ſunt, exaudiri mereantur: Præceptum enim Domini eſt, ut legitur in Levitico: *Sabbata mea cuſtodite, & Sanctuarium meum metuite.* Et proindè, non ſolum hortamur Chriſti fideles ad exteriorem ſanctitudinem, quæ conſiſtit in quadam corporis compoſitione, ſed etiàm ad inte-

(a) *S.C.Imm.in oſſe.26 Feb.& in vo e.it.12. Nov.1658.* b) *Eadem S.C. apud Monſ: tell.tit.16.ſer.5.ſub nu.8.* (c) *relat.in cap,2. de imm.Eul.in 6.* (d) *ſeſſ.22.de celeb. Miſſ.*

interiorem, utpote cordis puritatem aſſiſtant.

III. Sicut Sponſa ornata viro ſuo, decet, ut ſit Domus Dei, ſine macula ſinè rúga: Studeat, propterea Sacriſta præ primis Eccleſiarum nitori, atque politiæ, quæ non parum confert ad excitandam devotionem; Ita ut non ſolùm ipſa Suppellex, & loculi, in quibus Sacra ſervantur, Suppellectilia, ſed etiàm totius Eccleſiæ ambitus, nitidè resblendeat, reſque omnes Eccleſiaſtico uſui, deputatæ, mundæ ſerventur, & diligentiam omnem adhibeat in arcendis Canibus, in impediendis clamoribus, & importunis tumultibus; Et ne irreverentiæ, & contemptui aditus pateat, juxtà literas circulares Sacræ Congregationis Epiſcoporum, de mandato Innocentij XI. 21. *Iulij* 1677. datas, nequè antè Aurorem clare dilucescentem, nequè poſt horam 24. diei apertę Eccleſię retineantur, ſub pœnis noſtro arbitrio reſervatis.

IV. Nemo (*a*) circuire, deambulare, altaribus niti, in Pradellis, Altaribus, aùt in ſcamnis, ſeù ſedilibus propè fęminas ſedere, ſeù publicos in Elleſia, habere congreſſus, prò agendis, & deliberandis, negotiis, & parlamenta, & conſimilia convocare, aùt cum mulieribus præſertim ſuſpectis colloqui audeat & pęnis graviſſimis punietur, etiàm excommunicationis prò qualitate facti, ſi quis auſus fuerit in Eccleſia, præſertim nocte, & tempore divinorum officiorum nativitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti proicere nuces, ficus, & conſimiles fructus, ac du'cia, & pecunias in ſignum, quod dicunt vanæ, & ſuperſtitioſæ letitiæ in perſonas cujuſcumque ſint ſtatus, & conditionis.

V. Caveant inſuper ne pila ludatur, aut aliud quidquam fiat, vèl agatur antè fores, vèl atrium Eccleſię, prę ſertim dum celebrantur Sacra, & Divina officia, undè ſtrepitus, vel clamores excitentur, quibus ea perturbari poſſint: Nec minus res venales in Eccleſiarum, Oratoriorum, vel Cęmiteriorum parietibus appendantur, nequè intrà ſtillicidij fines, vèl aliud loci majus intervallum, proùt qualitas rei tulerit illas vendendas exponat.

VI. Et quia tolerari, non poteſt quorundam audacia, qui non erubeſcunt aſſiſtere in Domo Domini, Capite Cooperto, Bireto per grandi, rotundæ. & acuminatæ formæ, ut dicitur *Barrettone*, ſeù etiam *Coppoletta di tela bianca*; ideò illius uſum cujuſcumque etiàm alterius ſit formę, vèl coloris, clericali piliolo dumtaxat excepto, interdicimus omninò in Eccleſiis, præſertim Divinorum Officiorum, & Miſſę Sacrificij tempore: necnon in publicis Proceſſionibus, quo tamèn tempore, non prohibemus Laicis extrà Eccleſiam uſum pileorum: Si quis autèm contrà hunc noſtram Synodalem Sanctionem aliquid ex prędictis attentare molitus, ſeù auſus fuerit, ſi Laicus ſit, pęna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ puniatur, ſi verò Eccleſiaſticus quivis in hoc, Laicis, ſit ſcandalo, ipſum prò qua-

(a) *cap ut in orat.d.42.cap.Mos antiquus. cap.quoniam d.65.cap.decet. de imm.Bul.in 8.Trid.Seſſ.22.de evit.in celebr.S.Pius V. conſt.* cum primum *num.*2.

qualibet vice pęna ducatorum decem, eidem Eccleſiæ applicanda multabimus, alijſque noſtro arbitrio reſervatis.

VII. Accedant (*a*) Mulieres decenti, & modeſtò ornatu, & effugiant vaniloquia, & multo magis inhoneſtas oculorum vibrationes; Et ſi ſub, ipſius Dei, & in ejus, propria Domo, oculis, impura peregerint, timeant ignitum enſem, quò Deus per Seraphim vigilem Templa cuſtodit: Et Parochi, ipſique Confeſſarij, eas prius paternè moneant, & ſi incorrigibiles in licentia, à chriſtiana compoſitione, aliena perſeveraverint, ad Pęnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta non admittantur. (*b*)

VIII. Et ſi quis auſus fuerit intrà Eccleſiam, vèl in ejus Cęmeterio,& ſchalis ejuſdem Eccleſię ſclopum explodere, vèl Gladium evaginare in alicujus, offenſionem, etiam effectu non ſequuto incidat in excommunicationem latæ ſententiæ: Et moltò magis,eidem excommuuicationi, ipſo facto, ſubjaceat, qui in Eccleſijs, Oratorijs, Sacriſtijs, Cęmeterijs,& ſimilibus locis immunibus auſus fuerit homicidia, aùt membrorum mutilationes committere,vèl quempiam verberare,ſivèquovis modo gravitèr percutere.

IX. Curent Rectores Eccleſiarum, & alij quorum intereſt, nè Pauperes per Eccleſiam vagentur tempore divinorum officiorum, ſed ad præſcriptum conſtitutionis Sancti Pij V. & Venerabilis Servi Dei Innocentij PP XI., ſiſtere jubeant eos antè Portas Eccleſiarum ad colligendas eleemoſinas. (*c*)

X Equum non eſt, ut quis Eccleſiæ benignitate, & beneficio abutatur: Monemus propterea omnes Rectores, Sacriſtas, aliosque Eccleſiarum Præfectos ac eorum curam habentes, nè ad effugienda vectigalia, quę prò mercibus laicorum ſolvuntur, aliàſvè committendas in publici præjudicium, fraudes, eos, ibidem cuſtodiendas, vèl retinendas, ſub pęna noſtro arbitrio reſervatis, admittant, vèl recipiant.

XI. Cum ad formam Sacrorum Canonum, & quidem non ſinè animi noſtri ſolatio in Noſtra Dięceſi laici divinorum officiorum tempore, numquàm conſueverint, & nec minus ſoleant in Eccleſijs, nec minus Regularium intrà Præsbyteriorum, & altarium ſepta ingredi: Et cupientes ut par eſt, ut hoc idem, quod hactenus ſanctè ſervatum fuit, paritèr,& religiosè perpetuò ſervetur decretum hac de rè ultimo per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum *Benedictum PP. XIII.* latum hic de verbo ad verbum tranſcribi, & in Noſtra Diæceſi, ſub pænis in ea contentis ſervari volumus, & mandamus.

XII. *Aliàs generali Sanctæ Sedis Decreto in Eccleſiis etiàm Regularium intrà Presbyteriorum, & Altarium ſepta, dum Miſſæ ibi celebrantur, aliave divina officia perſolvuntur Sæcularium perſonarum cujuſcumque conditionis, & ſexus aſſiſtentiam prohibitam fuiſſe non ignoratur: Veruntamèn cum adhuc Laici quidam invetita temerè nitantur, & ibidem, aùt ſtare, aùt ſcamna habere,*

(a) c. ap. mulier. ıl 2. 33. q. 5. (b) *Bellet. & Scipio de Rub. apud Monacell. tit. 5. for. 8. nu. 6. & 7.* (c) S. P. u. V. [illegible] *& Innoc. XI. in [illegible] pro Urb. 24 Sept. 1679.*

Digitized by Google

habere, vel genuflexoria ſibi arrogare præſumant, id iterum juxtà Sacrorum Canonum ejuſdemque Apoſtolicæ Sedis mentem ſub Eccleſiarum Regularium etiàm, & quomodocumque exemptarum interdicti pœna ipſofacto incurrenda, & Romano Pontifici reſervata inhibemus.

XIII. Caveant Judices, & Miniſtri cujuſvis ſint ſtatus, gradus, dignitatis, & conditionis, cujuſcumque Curiæ, divinam Supremi Judicis ultionem, qui ut experientia docet contrà violatores Immunitatis Eccleſiaſticæ, & Eccleſiaſticorum, ſemper sè Deum ultionum oſtendit, ac excommunicationis in Sacris Canonibus, Bullis Pontificiis, Decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis contentæ, aliarumque pœnarum contrà ejus violatores meminerint: Et Nos ad defendendam Domum Dei in vigilem deſtinati omni ſeveritate, ubi caſus occurrerit, quem Deus avertat, procedemus.

XIV. Domus Dei, Domus Orationis eſt: Expreſsè igitur ſub excommunicationis pœna prohibemus nè quis ingrediatur Eccleſiam, minuſque in ea moretur, cum tormento bellico, quod dicitur vulgo *ſcoppetta*, aliiſquè conſimilibus armis vulgo nuncupatis *da fuoco*.

XV. Ad quorum tamen intereſt, notitiam, deducimus, quod Decreto Congregationis particularis à San. mem. Clemente PP. XI. deputatæ per ipſum ſucceſſivè confirmato *die* 20. *Januarij* 1717. prò tollendis abuſibus, qui ubi in carceres conjecti fuerint ad eludendam juſtitiam ſe ſe à locis immunibus ad quæ confugerant doloſè, ſivè per blanda verba extractos fuiſſe, frequenter allegare ſolebant, cautum eſt, ne deinceps, hoc ipſis, ſuffragetur, prout in eodem Decreto, quod hic per extenſum, ac de verbo ad verbum, ac ſi eſſet appoſitum haberi volumus.

XVI. Inſuper interdicimus (*a*) Notarijs, Actuariis, aliiſque officialibus, & executoribus Curiarum quarumvis, ne audeant Inſtrumenta conficere, juramenta acceptare, citationes verbales facere, aut quoſcumque actus Judiciales exercere in Eccleſiis, nihilque profanum earum valvis apponatur, ſub cenſuris, & pœnis contentis in Sacris Canonibus, & ubi in prædictis de hoc non ſit cautum, pœna excommunicationis, & interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, prò qualitate rei, & facti per Nos punientur, prout de jure.

XVII. Nullus (*b*) audeat ſub pœna excommunicationis, Eccleſias, Oratoria, vel Altaria, de novo erigere, ſinè noſtra in ſcriptis obtenta licentia: aliàs interdicto Eccleſiaſtico Eccleſiam, Oratoria, vel Altare de novo ſic erectum ſubjicimus ipſo facto, & pœnis noſtro arbitrio reſervatis punietur, qui divina, ibidem officia, celebraverit: nec (*c*) propè altare patiantur ſepulcra: & ſi qua adſint quæ non ultrà tres cubitos, ab eiſdem diſtent, expurgentur, & terra oppleantur, aliàs dictum altare interdictum ſit, & eſſe cenſeatur.

CAP

(a) *Cap. quicumq. 16. q. 7. & alibi pluries in S. Canon.* (b) *Cap quicumq. 16. q. 7. cap. laicr 16. q. 5. cap. nemo de conſecrat.* (c) *S. Carol. in S. Synod. Diœc.*

CAP. II.

De Oratorijs privatis.

STrictè prohibitum eſt per Sacrum *Concil. Trident. ſeſſ. 22. de Sacrific. Miſſ.*, nè in privatis Domibus tremendum Sacroſanctum Sacrificium celebretur; Et Epiſcopis per dictum Sacrum Concilium Tridentinum demandatur, nè id patiantur; quodque peragi præceptum eſt in Eccleſiis dumtaxat Deo dicatis: Quo circa nemo audeat ſub pœnis in Sacris Canonibus contentis, aliiſque Noſtro arbitrio reſervatis, quovis ſub pretextu, cauſa, aut quæſito colore, extrà eas celebrare: Qui autem Indultum habuerit Apoſtolicum, nec minus, eo utatur, niſi prius Oratoria prædicta, quoad locum, & omnimodam decentiam fuerint à Nobis recognita, & approbata, quæ approbatio toties repeti volumus, quoties Oratoria variis de cauſis, & de loco ad locum variare contigerit.

II. Si quis (a) autem, ſive ſecularis, ſive regularis, aut quomodolibet exemptus, Sacerdos ſit, Miſſam in aliquo Oratorio privato abſquè Noſtra, cum præfata recognitione, & approbatione celebrare præſumpſerit, ſit ipſo facto ſuſpenſus à divinis, & aliis Noſtro arbitrio reſervatis pœnis ſubjaceat, & uſum talis Oratorij ſic erecti pœnitùs interdictum eſſe volumus.

III. Advertat tamen Noſter Vicarius Generalis, ſivè, cui per Nos fuerit demandata prædicta recognitio, & approbatio, ne unquam, eam, concedat cuivis in privatis, ubi dormiri ſolet, cubiculis; imò invigilet, ut ſi eam conceſſam, repererit, revocet: Et ut ab omnibus Regularibus preſertim prædicta ſerventur, invigilet adverſus contravenientes, et Nos, tamquàm Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Delegati, quæcumque gaudeant exemptione, cenſuris etiam Eccleſiaſticis indultis, aut conſuetudinibus, quibuſcumque, in contrarium, non obſtantibus, ad formam infrà citandi decreti de ordine San. mem. Clementis PP. XI. anno 1703. emanati, animadverſuri.

IV. Ac pari modo, non licere Regularibus, prout dicto Decreto generali fel. rec. Clementis PP. XI. 15. *Decembris* 1703. per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum *Benedictum PP. XIII.*, alia ſua conſtitutione ultimo confirmato cautum eſt, aut aliis quibuſcumque Sacerdotibus, imò nec minus, & ipſis Sacroſanctis Epiſcopis in eiſdem Oratoriis ex indulto Apoſtolico conceſſis, & per Epiſcopos confirmatis, celebrare, diebus *Paſchatis, Pentecoſtes, Nativitatis Chriſti Domini*, aliiſque anni feſtis ſolemnioribus, quæ vigore alterius decreti Sac. Congregat. Rituum 17. *Novembris* 1670., ad feſta *Epiphaniæ, Annunciationis, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Omnium Sanctorum,* San-

(a) *Trid. loc. nuper cit. ... can. miſſarum ... de Conſecr. d. 1.*

Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & ad feſta *titularium, ac Patronorum principalium*, Eccleſiarum, & locorum reſpectivè hujus Civitatis, & Diæceſis, extendimus.

V. Nèc minus in præfatis Oratoriis, prædictis Regularibus, & Sacerdotibus quibuſcumquè, ut nec etiàm ipſis Sacroſanctis Epiſcopis celebrare licitum eſt, proùt declaramus aliis, à prædictis diebus, ubi etiàm unica Miſſa quæ in indulto conceditur fuerit celebrata, niſi aliàs circà prædicta in eodem indulto diſponitur, ſupèr quo celebraturus diligentèr inquirere, & de èo sè optimè informare teneatur.

VI. Moneantur (a) autèm per celebrantem omnes adſtantes in celebratione Sacrificij Miſſæ, quæ in prædictis Oratoriis fieri contigerit præcepto Eccleſię de audienda Miſſa diebus feſtis, non ſatisfacere, niſi eos de quibus in indulto Apoſtolico ſpecialis fiat mentio: Et in hoc advertant etiàm indultarij, nè ſibi adulando alienis pariter peccatis, ſe involvant.

VII. Nèc minùs ullus audeat ſub pæna ſuſpenſionis à Divinis in Oratoriis privatis, Miſſam ſolemnem, aùt cum cantu, vel muſicis celebrare, nec Sacram Synnaxim in eis peractam, aliis diſtribuere, quacumque contraria conſuetudine, quam corruptelam, & abuſum declaramus, non obſtante: Et in eiſdem quaſcumque functiones Parochiales exerceri prohibemus, aliàs procedemus contrà eos, ſcilicet contrà Sacerdotes ad prædictam pęnam, & contra laicos, qui Sacram Synnaxim ab eorum manibus ibidèm peractam receperint, ad pænam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, quacumque exemptione non obſtante, ſalvis tamèn juribus eorum, qui in prædictis fuerint Apoſtolico Indultu muniti.

C A P. I I I.

De Feſtorum dierum Cultu,

E T

Sanctorum veneratione.

I. PRæceptum Domini eſt, & unum ex principaliorius in Decalogo expreſſum, Sabbata Santificare, cui Sancta Mater Eccleſia, ex facultate ligandi, & ſolvendi, quàm Chriſtus Dominus ſibi conceſſit ad Sanctorum cultum, ac venerationem alia feſta in anno ſimiliter celebranda, & ſanctificanda de præcepto edixit; Et propterèà, qui ea (b) non celebrat, & ſanctificat, certè grave peccatum committit: Graviſſimum verò, ſi in contemptum ejuſdem præcepti, inànium voluptatum aucupio, temporalium cura totque ſceleribus, & peccatis ea contaminentur.

II. Curent proptereà Parochi, quibus vigilantia circà feſtorum obſervan-

M

(a) *Monaccl. tit. 13 form. 2 num. 32.* (b) *S. Cyrill. lib. 8, in Joann. cap. 5.*

vantiam ſpecialius committitur, ut intèr Miſſarum ſolemnia (*a*) Populum aliquoties in anno inſtruat de obligatione, quàm quiſque habet ſub mortali ſervandi feſta, & quomodò hoc præceptum adimpleri debeat, ut ſcilicèt, non ſolùm diebus Dominicis, & feſtis, Miſſam audire, & à quocumque labore, & opere ſervili abſtinere teneatur, ſed quod etiàm, ut fuit declaratum in Concilio Toletano III. gravitèr eos peccare, qui feſtis diebus audita tantumodo Miſſa, otio ſe dantes totum diem in aliis, & choreis inhoneſtis, & ebrietatibus, comeſſationibus, aliiſque peccatis, & vanitatibus tranſigunt.

III. Atquè invigilent Parochi, ne diebus feſtis, dùm Verbum Divinum prædicatur, aùt officia, peraguntur divina, vel de mane, aùt poſt prandium dùm docetur doctrina Chriſtiana, aliquod genus ludi publicè, aùt privatìm exerceatur: Et omninò à choreis, tripudiis, & ſimilibus, dicto tempore, præſertìm quiſque, ſe abſtineat, nè hujuſmodi ludis, choreis, tripudiis; & ſimilibus, conſcientiarum illaqueamentis à Divinis Officiis, ab auditione divini verbi, à Cathecheſi, quę fit prò Inſtructione Doctrinæ Chriſtianæ, homines diſtrahantur.

IV. Et nè propterea di ipſis apud Deum dicantur: tempus faciendi Domine diſſipaverunt legem tuam, illos ex animo adhortatos volumus, ut diebus omnibus Deo conſecratis, Deo ipſi, ac rebus ſpiritualibus vacare ſtudeant, Eccleſiis religioſiùs frequentent, Sacramentis sè mundent, & communiant, concionibus, diviniſque officiis interſint, ac ferventiùs sè in operibus pietatis exerceant.

V. Et cum nonnullæ perſonæ, mulieres præſertim ſub pretextu honeſtatis, aùt conſuetudinis, aùt convenientiæ negligant diebus feſtivis ad Eccleſias accedere, & Miſſam audire, præſertim fęminæ luctuoſę, Puellæ Virgines, donèc nubant: Ad extirpandum hunc, quem à Diabolo irreptum in aliquibus locis Noſtræ Diœceſis invenimus abuſum, abſolutionis beneficium (*b*) Nobis reſervamus contrà prædictas mulieres fæminas, & Puellas, quæ ſub prætextù honeſtatis, aùt conſuetudinis, aùt convenientiæ, aùt luctus negligunt diebus feſtivis de præcepto ad Eccleſiam accedere, & Miſſæ Sacrificium audire: Necnon contrà Parentes, Maritos, alioſque ſub quorum cura prædictæ Mulieres, fæminę, & Puellæ reperiuntur, qui impedimento fuerint, nè prędictę ſub hoc prætextu illud adimpleant: Et paritèr curent Patroni, ut eorum famuli, operarij, aliiquè eorum ſervitio quomodolibet addicti, ut & iidem Miſſæ Sacrificium diebus, quibus eidem intereſſe tenentur, audiant: Et caveant, nè ipſis ſub pęna inerdicti ab ingreſſù Eccleſiæ impedimento ſint, ut hoc Eccleſiaſticum præceptum à prædictis adimpleri negligatur.

VI. Diebus feſtivis de præcepto prohibemus, proùt ſuprà prohibitum eſt, opera ſervilia exercere, aperire molendina, apothecas, ſarcinas compone-

(c) *Trid. ſeſſ. 25. de diebus feſtis S. Pius V. in conſt. cum primum.* (b) *Conc. Prov. S. Caroli hoc tit.*

ponere, eaſque capiti, aùt humeri deportare, opificia exercere, terram colere, aratro ſcindere, vel vertere, ſemen proijcere, vèl aliquod aliud opus ruſticum, conſilia, ſeù parlamenta celebrare, aùt quodcumque aliud facere, quod homines Chriſti fideles à feſtorum obſervantia diſtrahere poterit: Si quis autèm cujuſcumque ſit gradus, ſtatus, & conditionis, operibus ſervilibus prædictis, aùt ſimilibus vacando, feſtos dies de præcepto violare auſus fuerit, prætèr divinam ultionem, multis, aùt cenſuris ad ſui electionem puniatur prò qualitate perſonæ, ut diſponitur in Conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſorum Noſtrorum, quàs hic prò repetitis haberi volumus.

VII. Permittimus verò aperiri unam partem Januæ officinarum, quarum uſus eſt neceſſarius ad victum humanum; id tamèn nonniſi poſt ſummum Sacrum, & numquàm diebus ſolemnioribus; & tempore meſſis, & vindemiarum, aliaque conſimili occaſione, cui tunc alitèr omninò provideri, non poſſit, liceat, cum ità Nobis, aùt Vicario Noſtro Generali in Noſtra licentia in ſcriptis concedenda convenire judicaverimus, ſervile opus aggredi, Miſſa ſaltèm prius auditam, & non alias ſub dicta pæna.

VIII. Monemus autèm omnes, qui hujuſmodi ſervilibus operibus diebus feſtivis incumbere voluerint, nè licentias ſub ficta neceſſitatè extorqueant, & aliàs advertant, ſe ipſos, non Deum decipientes quod gràvè contrahant culpam: Et ſi re vera neceſſitas, eos ad id obliget, curent, proùt ipſos adbortamur, quatenùs, ex eo, quòd illis utilitatis obvenerit Eccleſiis circumpoſitis, & Dei Pauperibus aliquam in alterius veluti cultus repenſum, faciant portionem.

IX. Diebus feſtivis de præcepto (*a*) ſileant Tribunalia actus, & ſtrepitus Judiciales ſunt interdicti: non recipiantur juramenta: nec inſtrumenta conficiantur, & quamcumque, tùm rerum, & bonorum; tùm perſonarum, exequutionem, expreſsè, & diſtricte ut de jure prohibemus; Et aliàs prætèr actorum nullitatem, & divinæ ultionis incurſum, pænis ſtatutis in conſtitutionibus Synodalibus bon. mem. *Joſephi Catalani Epiſcopi* aliorùmque Prædeceſſorum Noſtrorum quàs confirmamus, & approbamus, & quàtenùs opus præſentibus renovamus, eos qui contrarium attentare auſi fuerint, puniri mandamus.

X. Parochi diè Dominico (*b*) intèr miſſarum ſolemnia publicent dies feſtos, tùm de præcepto, tùm de devotione, de quibus in infràſcripta tabella feſtorum Urbis, & Diæceſis Larinenſis, & paritèr dies jejuniorum, & vigiliarum de præcepto, quæ incidunt infrà hebdomadam, juxtà tabella jejuniorum de præcepto, de quà ſuprà *part. 3. cap. 4. num 9.*, nè ipſorum ignorantia rurales, præſertìm, jejunia, & dies feſtos transgrediantur, & Deo, & Sanctis ejus, debitus cultus contrà Eccleſiæ præceptum negligatur.

 XI. Fe-

(*a*) *Can. nullus 15. q. 4. cap. placita cap. conqueſtus de fer. 8 Pius conſt. cum primus* (*b*) *cap. denique diſt. 4. cap. ſtatuimus diſt. 72. cap. ſolent de conſecr. diſt. 1. cap. pronunciandum diſt. 3. eodem tit. ſyn. Conſtantinopol. cap. 5.*

XI. *Feſta, quæ ſervantur in Diæceſi, & quæ ſignantur lit. P. ſunt de præcepto, & quæ lit. D., ex devotione.*

XII. FESTA MOBILIA.

Paſcha Domini Noſtri Jeſu Chriſti, cum duobus proximè ſequentibus diebus.
Aſcentio Domini Noſtri Jeſu Chriſti.
Pentecoſtes, cum duobus ſequentibus diebus.
Solemnitas Sanctiſſimi Corporis Chriſti.
Feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis, titularis Matricis Eccleſiæ dè *Vruri.*
Omnes dies Dominici.
Feria Sexta, infrà hebdomadam, Paſſionis, feſtum ſeptem dolorum.
Beatæ Mariæ Virginis in Oppido del Rotello *ex devotione.*

XIII. FESTA STABILIA.

JANUARIUS.

P. 1. *Circumciſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti.*
P. 6. *Epiphaniæ Domini.*
D. 17. *Sancti Antonij Abbatis.*
D. 20. *Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani.*
25. *Converſionis Divi Pauli in Oppido* del Bonefro, & de Portocannone *ex Devotione.*

FEBRUARIUS.

P. 2. *Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.*
D. 3. *Sancti Blaſii Epiſcopi, & Martiris.*
4. *Sanctæ Apolloniæ Virginis, & Martiris in Oppido* de Campomarino *ex devotione.*
PP. 25. *Sancti Matthiæ Apoſtoli.*

MARTIUS.

4. Anniverſarium Pontificalis electionis Noſtræ.
17. Anniverſarium noſtræ Conſecrationis.
P. 19. *Sancti Joſeph Confeſſoris.*
20. *Sancti Joachim Confeſſoris, ex D. in Oppido* del Boneſtro, Campomarino, e Portocannone.
21. *Sancti Benedicti Abbatis, in Oppid,* del Bonefro *ex D.*
P. 25. *Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis.*

APRILIS.

3. Dedicationis hujus Cathedralis Eccleſiæ.
23. *Sa-*

23. *Sancti Georgei, ex P. in Oppido* de' Chieuti, *uti Patroni Principalis, & ex D. in Oppido de* Portocannone.

D. 25. *Sancti Marci Evangeliſtæ.*

29. *Sancti Petri Martiris ex D. in Oppido* del Boneſtro, & de Portocannone.

MAJUS.

P. 1. *Sanctorum Philippi, & Jacobi Apoſtolorum.*

2. *Sancti Leonis Confeſſoris, de P. in Oppido* Sancti Martini, ubi veneratur Corpus ejuſdem Sancti *Patroni loci.*

P. 3. *Inventioni Sanctæ Crucis.*

8. *Apparitionis Sancti Michaelis Arcangeli, de P. in Oppido* Montorii, *& ex D.* Bonefri.

13. *Sancti Chriſtiniani ex D. in Oppido* Ripæ Brutunorum.

15. *S. Primiani* in Ciuitate *ex D.*

17. *Sancti Paſchalis in Oppido* del Rotello *ex D.*

19. *Sancti Roberti Confeſſoris, in Oppido* de Morrone *de P.*

20. *Sancti Berardini Confeſſoris ex D. in Oppido* Serræ Capriolæ, Patroni minus principalis.

21. *Sancti* Juliani, *de P. in Oppido* Sancti Juliani.

22. *Sanctæ Elenæ, in eodem Oppido* Sancti Juliani *ex D.*

P. 26. *Sancti Pardi Epiſcopi, Patroni principali* Civitatis, & Diæceſis.

JUNIUS.

11. *Sancti Onufrii dè P. in Oppido* Caſacalendæ, *uti Patroni Principalis.*

D. 13. *Sancti Antonii dè Padova Confeſſoris de P. in Oppido* Sanctæ Crucis *uti Patroni Principalis, & titularis Eccleſiæ, prout quoque in Oppido* Montorii, & Portocannone.

15. *S. Viti Martyris, ex D. in Oppido* Chieuti, *uti Patroni minus Principalis.*

P. 24. *Nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ.*

P. 29. *Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Titularium Eccleſiæ* de Portocannone,

JULIUS.

2. *Viſitationis Beatæ Mariæ Virginis de P. in Oppido* del Bonefro, *uti Titularis Eccleſiæ, in Oppido* Ripæ Brutunorum, & Portocannonæ, *& ex D.* Vruri.

D. 16. *Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo.*

D. 22. *Sanctæ Mariæ Magdalenæ.*

24. *Sanctæ Criſtinæ dè P. in Oppido* de Campomarino, *uti Patronæ Prin-*

XI. *Feſta, quæ ſervantur in Diœceſi, & quæ ſignantur lit.* P. *ſunt de præcepto, & quæ lit.* D.*, ex devotione.*

XII. **FESTA MOBILIA.**

Paſcha Domini Noſtri Jeſu Chriſti, cum duobus proximè ſequentibus diebus.
Aſcentio Domini Noſtri Jeſu Chriſti.
Pentecoſtes, cum duobus ſequentibus diebus.
Solemnitas Sanctiſſimi Corporis Chriſti.
Feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis, titularis Matricis Eccleſiæ dè *Vruri.*
Omnes dies Dominici.
Feria Sexta, infrà hæbdomadam, Paſſionis, feſtum ſeptem dolorum.
Beatæ Mariæ Virginis in Oppido del Rotello *ex devotione.*

XIII. **FESTA STABILIA.**

JANUARIUS.

P. 1. *Circumciſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti.*
P. 6. *Epiphaniæ Domini.*
D. 17. *Sancti Antonij Abbatis.*
D. 20. *Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani.*
25. *Converſionis Divi Pauli in Oppido* del Bonefro, & de Portocannone *ex Devotione.*

FEBRUARIUS.

P. 2. *Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.*
D. 3. *Sancti Blaſii Epiſcopì, & Martiris.*
4. *Sanctæ Apolloniæ Virginis, & Martiris in Oppido* de Campomarino *ex devotione.*
PP. 25. *Sancti Matthiæ Apoſtoli.*

MARTIUS.

4. Anniverſarium Pontificalis electionis Noſtræ.
17. Anniverſarium noſtræ Conſecrationis.
P. 19. *Sancti Joſeph Confeſſoris.*
20. *Sancti Joachim Confeſſoris, ex D. in Oppido* del Boneſtro, Campomarino, e Portocannone.
21. *Sancti Benedicti Abbatis, in Oppid,* del Bonefro *ex D.*
P. 25. *Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis.*

APRILIS.

3. Dedicationis hujus Cathedralis Eccleſiæ

23. San-

23. *Sancti Georgei, ex P. in Oppido* de' Chieuti, *uti Patroni Principalis, & ex D. in Oppido de* Portocannone.

D. 25. *Sancti Marci Evangeliſtæ.*

29. *Sancti Petri Martiris ex D. in Oppido* del Boneſtro, & de Portocannone.

MAJUS.

P. 1. *Sanctorum Philippi, & Jacobi Apoſtolorum.*

2. *Sancti Leonis Confeſſoris, de P. in Oppido* Sancti Martini, ubi veneratur Corpus ejuſdem Sancti *Patroni loci.*

P. 3. *Inventioni Sanctæ Crucis.*

8. *Apparitionis Sancti Michaelis Arcangeli, de P. in Oppido* Montorii, *& ex D.* Boneſri.

13. *Sancti Chriſtiniani ex D. in Oppido* Ripæ Brutunorum.

15. *S. Primiani* in Civitate *ex D.*

17. *Sancti Paſchalis in Oppido* del Rotello *ex D.*

19. *Sancti Roberti Confeſſoris, in Oppido* de Morrone *de P.*

20. *Sancti Berardini Confeſſoris ex D. in Oppido* Serræ Capriolæ, Patroni minus principalis.

21. *Sancti* Juliani, *de P. in Oppido* Sancti Juliani.

22. *Sanctæ Elenæ, in eodem Oppido* Sancti Juliani *ex D.*

P. 26. *Sancti Pardi Epiſcopi, Patroni principali* Civitatis, & Diæceſis.

JUNIUS.

11. *Sancti Onufrii dè P. in Oppido* Caſacalendæ, *uti Patroni Principalis.*

D. 13. *Sancti Antonii dè Padova Confeſſoris de P. in Oppido* Sanctæ Crucis *uti Patroni Principalis, & titularis Eccleſiæ, prout quoque in Oppido* Montorii, & Portocannone.

15. *S. Viti Martyris, ex D. in Oppido* Chieuti, *uti Patroni minus Principalis.*

P. 24. *Nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ.*

P. 29. *Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Titularium Eccleſiæ* de Portocannone,

JULIUS.

2. *Viſitationis Beatæ Mariæ Virginis de P. in Oppido* del Boneſro, *uti Titularis Eccleſiæ, in Oppido* Ripæ Brutunorum, & Portocannonæ, *& ex D.* Vruri.

D. 16. *Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo.*

D. 22. *Sanctæ Mariæ Magdalenæ.*

24. *Sanctæ Criſtinæ dè P. in Oppido* de Campomarino, *uti Patronæ*

Prin-

Principalis , & ex D. in Opdido de Ururi.

P. 25. *Sancti Jacobi Apoſtoli .*

P. 26 *Sanctæ Annæ .*

28. *Sancti Nazarij Martyris in Oppido* de Morrone *ex D.*

AUGUSTUS.

2. *Sanctæ Mariæ Angelorum dè P. in Oppido* del Rotello, *uti Titularis Eccleſiæ, & ex D. in Oppido* del Boneſtro, *& in Oppido* Chieuti *de P.*

P. 4. *Sancti Dominici Confeſſoris , Patroni minus Principalis totius Regni .*

5. *Sanctæ Mariæ ad Nives dè P. in oppidis* de Morrone , e Montelongo , uti Titularis Eccleſiarum, *& ex D. in Oppido* del Bonefro, & de Portocannone.

6. *Transfigurationis Salvatoris , ex D. in Oppido* del Bonefro , Caſacalendæ .

D. 7. *Sancti Donati, & dè P. in Oppido* del Rotello , *uti Patroni Principalis .*

P. 10. *Sancti Laurentii Martyris .*

P. 15. *Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis .*

16. *Sancti Rocci de P. in oppido* Ripæ Butunorum, Montis Longi , & S. Juliani , *& ex D. in oppido* del Rotello , Sanctæ Crucis , & Bonefri .

P. 25. *Sancti Bartholomæi Apoſtoli .*

29. *Decollationis Sancti Joannis Baptiſtæ , de P. in Oppido* de Collectorto , *uti Titularis , & Patroni, & ex D. in Oppido* del Bonefro.

SEPTEMBER.

4. *Sanctæ Roſaliæ, ex D. in Oppido* del Bonefro, & Serræ Capriolæ.

P. 8. *Nativitas Beatæ Mariæ Virginis .*

14. *Exaltatio Sanctæ Crucis , ex D. in Oppido* del Bonefro .

P. 19. *Sancti Januarii Martyris , Principalis Patroni* totius Regni.

P. 20. *Sancti Matthæi Apoſtoli .*

22. *Sancti Mauritii Martyris de P. in Oppido* Caſæcalendæ .

27. *Sanctorum Coſmi e Damiani, ex D. in Oppido* Ripæ Butunorum.

P. 29. *Sancti Michaelis Arcangeli .*

OCTOBER.

2. *Sancti Modeſti Martyris de P. in Oppido* Morroni , *uti Protectoris , & Patroni Principalis .*

4. *Sancti Franciſci de Aſſiſio, ex D. in Oppido* del Bonefro , & de Portocannone .

17. *In-*

17. *Inventionis Sancti Pardi*, in Civitate *ex D.*
18. *Sancti Lucæ Evangeliſtæ*, *ex D. in Oppido* del Bonefro, & de Portocannone.
P. 28. *Sanctorum Apoſtolorum Simeonis, & Judæ.*

NOVEMBER.

P. 1. *Omnium Sanctorum.*
2. *Commemoratio omnium fidelium Defunctorum*, *ex D. in oppido* de Portocannone.
3. *Anniverſarium prò Epiſcopis defunctis.*
4. *Sancti Caroli Borromæi ex D. in Oppido* de Campomarino, & in Sacro Seminario *de P.*
5. *Anniverſarium prò Sacerdotibus defunctis.*
11. *Sancti Martini de P. in Oppido* S. Martini *Patroni Principalis, & ex D. in Oppido* del Bonefro, & de Portocannone.
21. *Præſentationis Beatæ Mariæ Virginis, ex D. in Oppido* Ripæ Brutunonem, Bonefri, & de Portocannone.
25. *Sanctæ Catherinæ Virginis, & Martyris, ex D. in Oppido* del Bonefro, & de Portocannone; & in Civitate.
Sancti Mercurii Martyris, de P. in Oppido Serræ Capriolæ, *tamquam Patroni Principalis.*
P. 30. *Sancti Andreæ Apoſtoli.*

DECEMBER.

3. *Sancti Franciſci Xaverii, ex D. in Oppido* Collis torti.
4. *Sanctæ Barbaræ, ex D.* in Civitate.
6. *Sancti Nicolai Epiſcopi Mirenſis de P. in Oppido* Bonefri, *uti Protectoris, & de* Providenti, *uti Patroni Principalis; Necnon ex D. in Oppido* Ripæ Brutunorum, Sancti Juliani, Montorii, S. Martini, Rotelli, Morrone, & de Portocannone.
P. 8. *Conceptio Beatæ Mariæ Virginis.*
D. 13. *Sanctæ Luciæ Virginis, & Martyris.*
P. 21. *Sancti Thomæ Apoſtoli.*
23. Anniverſarium Noſtræ Translationis ab Eccleſiis Cariaten., & Gerontinen. ad hanc Sanctam Cathedralem Eccleſiam Larinenſem factæ per regnantem SSmum Dnum Noſtrum anno Domini 1726.
P. 25. *Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti.*
P. 26. *Sancti Stephani Prothomartyris.*
P. 27. *Sancti Joannis Apoſtoli.*
P. 28. *Sanctorum Innocentium.*
P. 30. *Sancti Silveſtri Papæ.*

C A P. IV.

De Sacris Imaginibus, & Sanctorum Reliquiis.

I. OMni tempore in Eccleſia Sacræ Imagines, & Sanctorum Reliquiæ fuerunt eadem, qua coluntur veneratione iidem Sancti, quos repræſentant, cultæ, & in Sac. Conc. Trid. (a) anathematizantur, qui contrarium docuerint, aùt ſenſerint: Maximè quia, ut ait Sanctus Gregorius Nyſſenus, prò pictura in pariete tacens loquitur, imò, & rectè Sanctus Gregorius Magnus Sacras Imagines, Idiotarum, libros appellat; Et Sanctorum Reliquiæ ex Sancto Baſilio ſunt Nobis quaſi Turres, & propugnacula, taliter, quod fæliccs appellant Sanctus Carolus Borromæus, eas Provincias, quæ hujuſmodi charitatis pignoribus, muniuntur, & apud quas religioſo cultu aſſervantur, & aliàs latiùs, ut dicimus in noſtra paſtorali nupèr Typis data, ad Clerum, & Populum Civitatis, & Diæceſis Larinen. prò ſolemni Translatione Sacrarum Reliquiarum, & Corporis Sancti Leonis Patroni Oppidi de Sancto Martino, per Nos facienda *die ſecunda proximi menſis Maii*, ab antiqua ejus Cathacumba, quæ eſt in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Penſulis, ad Summum Altare Matricis Eccleſiæ Sancti Petri: Et prò Sacris Imaginibus, & & Sanctorum Reliquia, ſequentes Conſtitutiones, relaxari, decernimus.

II. Sicùt enim Sacræ Imagines in pariete tacentes, permaximè loquuntur, & ad devotionem Chriſti fidelium mentes elevant, ſi nihil turpè, aut prophanum repræſentarent; ità ſi quid turpè, aùt prophanum aliquod contineant, intuentium oculcs offendunt: Mandat propterea hæc noſtra Sancta Synodus, & ab Eccleſiis, & Oratoriis, quas decet Sanctitudo, hujuſmodi Imagines arceantur, proùt quoquè, ſi alio habitu, & forma, quàm Eccleſia conſuevit, publicæ venerationi fuerint expoſitæ: Et Imagines vetuſtate corruptæ, ſi reparari non poſſint, comburantur, & Cineres in Sacrarium proiiciantur: Nèc hujuſmodi Imagines, Altaribus, & Cappellis apponantur, niſi priùs à Nobis, vèl ab aliis de noſtra facultate ſtatutis diebus benedicantur.

III. Nèc Signa Sacra, & præſertim Signum Sanctæ Crucis locentur, nec pignantur Imagines in Pavimentis, aut locis ſordidis, nèc in publicis parietibus extrà Eccleſias, niſi ſaltèm quatuor Palmis à terra, ſub pœna excommunicationis, vel alitèr ſi fuerint poſita, vel locata, aùt picta deleantur, & demoveantur: Nec minùs eorum Imagines, qui, non, ſunt Sanctorum albo deſcripti, etiamſi, cum Sanctitatis fama ab hac vita deceſſerit, in locis Sacris, & præſertim, ubi Miſſæ Sacrificium, &

divi-

(a) *Seſſ. 25. in decr. de Vener. Imag. 9.*

divina peraguntur officia, collocentur, & exponantur.

IV. Quò verò ad Sacras Reliquias, eas publicæ venerationi exponi prohibemus, etiàm in Eccleſiis Regularium, niſi per Nos, vel noſtros Anteceſſores aliàs fuerint legitime approbatæ, & ubi contigerit, ipſas legitimè exponi, ut quà decet reverentia, & veneratione colantur, deferantur, & exponantur per Sacerdotem ſuperpelliceo, & Stola indutum, et nonniſi per Sacerdotem ad oſculandæ tradantur, numquàm tamèn nudæ, ſed ſub criſtallo, ſeù vitro.

V. Ardeant ſemper quatuor Candelæ, dùm Sacræ Reliquiæ exponuntur, & poſt expoſitionem recitetur Antiphonà, Verſus, & Oratio congruens, & numquàm exponantur in eodem altari, ubi expoſitum, veneratur Auguſtiſſimum Sacramentum.

VI. Inſupèr eas, ex Eccleſia, in qua aſſervantur, extrahi prohibemus ad Infirmos deferendas abſquè noſtra licentia, & in tali caſu deferantur à Sacerdote ſuperpelliceo, & Stola induto, & ſaltèm cum quatuor cereis accenſis: & Laici nullo modo Sacras Reliquias tangere audeant, quas numquàm permittimus reponi, multoque minùs exponi in Reliquiario, ad formam ſfericam compacto, ne Chriſtifideles decipiantur, & eiſdem, cultum indebitum, tribuant.

VII. Et antiquæ Sanctorum Reliquiæ, licèt earum documenta ſcriptis conſignatæ, non extent, habeantur tamèn, in illa veneratione, qua hùc uſque fuerunt.

VIII. At cautum omnibus ſit, & præſertim Parochis, Procuratoribus, & conſimilibus adminiſtratoribus, nè quis ipſorum, ſub pęna excommunicationis quoad laicos, & ſimplices Clericos, & Suſpentioni s à divinis quoad in Sacris conſtitutos, ipſo jure incurrenda, oblationes Sacris Imaginibus, vel Sanctorum Reliquiis, aut Eccleſiis, Cappellis, & Sacris Oratorijs in cæris, tabellis, aliiſque conſimilibus argenteis, aureis & ſuppellectilibus, aliove quocumque veniant nomine, alienare, aùt quocumque modo diſtraere audeant, nobis, aut Curia noſtra inconſulta, non obſtante, quod antiquitate fuerint confractæ, corroſæ, aut vetuſtate deformatæ.

P A R S V.

C A P. I.

Dè Vita, & Honeſtate Clericorum.

I. Eccleſiaſtici cum in ſortem Domini ſint vocati, & Divinarum rerum miniſterio principalitèr addicti, eorum proptereà talis debet eſſe ſtatus, ut ſi morum gravitate, & vitæ exemplo, ſuam, ipſi, dignitatem retineant, magnam afferunt authoritatem, ad pie, & Chri-

ſtiano more vivendum, & ſi quidpiam in nullo cujuſvis rei, vèl minimo genere offendunt, eorum ordo ita gravitèr læditur, ut illum decoris ſblendorem retinere nequeant, quem ad continendos in officio laicos homines, non ſolùm utilem, ſed etiam eſſe permaximè neceſſarium compertum eſt.

II. Mandat propterea hæc noſtra Synodus, ut omnes Eccleſiaſtici cujuſvis ſtatus, & gradus ſint, ità ſuam vitam inſtituant, tàm domi, quàm alibi, ut omnibus ſint exemplo bonorum operum, in ſermone, in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate, in ſobrietate, ac Sacerdotes meminerint ſe eſſe Presbyteros, non ſæculares, & omnes ſibi mutuò reſpectum, & reverentiam exhibeant, & inferiores ſuperioribus deferant, & quiſque de ſe mutuò honorificè apud alios loquatur: contrafacientes verò prò rei gravitate punientur.

III. Et quilibet apud ſe paſsim repetat, non ad otium, ſed ad Eccleſiaſticam militiam vocatum eſſe, & propterea ſui muneris eſſe, ut cum divinis officiis obeundis tempus neceſſarium conſumpſerit, id quod reliquum eſt, non in rerum ſæcularium confabulationibus, & prophanis actionibus, ſed in divinarum literarum ſtudiis, & cęleſtium rerum contemplationibus, ac ſanctis, & piis officiis, traducant.

IV. Abſtineant propterea à publicis conviviis, & converſationibus ſæcularium, & perſonarum, quibus timor eſſe poſſit, ne Eccleſiaſtici Miniſterii dignitas, contemptus, exponatur, periculo: choreas non agant, nec ſpectent: ac perſonati, (a) & larvati, vulgò *Maſcherati*, numquam incedant: nec verſentur de nocte, ludrica canendo, ſeù muſicalia inſtrumenta pulſando, aut aliàs canentes, aùt pulſantes comitando: ludos (b) quoque præſertim alearum vitabunt omninò, ſub pęnis contentis in Conſtitutionibus Synodalibus noſtrorum Prædeceſſorum.

V. Incedant (c) omnes in habitu talari, & tonſura clericali, ordini, gradui, & dignitati congruente: & tonſura quoquè decimo quinto die renovetur omninò, & eodem quoque tempore barbam tondeant, ſed ſi itèr faciendum ſit, vèl qualitas temporis id non permittat, liceat ipſis habitu breviori uti, & ad tempus, & iter accomodato: Advertant tamen in habitu, ne aùt ſtudioſius exquiſita elegantia, aùt nimis abjecta negligentia, ſordes appareant: Et comam nutrire cujus proprii capilli, non ità protendantur, ut aures excedant, ſub pænis contentis in Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Synodalibus prædeceſſorum noſtrorum eiſdem interdicimus.

VI. Et Clerici in prima tonſura, vel in minoribus ordinibus conſtituti, proùt etiàm Clerici conjugati, Eccleſiis quarum ſervitio adſcripti ſunt, debitis ſuis temporibus, proùt ſunt notati in Eccleſiarum Tabellis inſer-

(a) *cap. cum decorem hoc tit. cap. nullus 44. d. can. nullus de conſecr. d. 5.* (b) *Trid. ſeſſ. 22. cap. 5. de reform.* (c) Canones, & Apoſtolica decreta quam plura *apud Monacell. tit. 5. for. 9. num. 2. & ſeq. 9. & nu. 22.*

inſerviant, aliàs punientur pęnis noſtro arbitrio reſervatis, uſquè ad privilegiorum clericalium privationem: Et ſingulis quindenis diebus, aliiſque ſolemnioribus, eorum peccata ſacramentaliter confiteantur, & Sacra Synaxi ſe reficiant, quod etiàm præſtabunt Subdiaconi, & Diaconi: In quacumque actione ſcenica, quamcumque perſonam, neque Clerici, nequè alii, quacumque dignitate ſint inſigniti, non ſubſtineant, nec aliquid in ea quovis modo, recitent.

VII. Habeant omnes Eccleſiaſtici ultrà veſtem talarem, ſuperpelliceum, & Biretum; & Clerici etiàm officium Beatæ Mariæ Virginis, & Defunctorum, quod recitabunt qualibet feria ſecunda; Et dietim illud Beatæ Mariæ Virginis, hoc eſt die Dominica, feria ſecunda, & feria quinta primum Nocturnum; Feria tertia, & ſexta ſecundum Nocturnum; At feria quarta, & Sabbato cujuslibet hæbdomadæ tertium Nocturnum, & ſempèr cum laudibus, aliiſque omnibus Horis Canonicis: Et in Sacris conſtituti habeant, etiàm Breviarium Romanum, Amictum, Albam, & Cingulum ad minùs, de quibus coràm Nobis, vel noſtro Vicario Generali in Sancta Viſitatione docere debeant, aliàs Clerici punientur pęnis noſtro arbitrio reſervatis; In ſacris verò conſtituti, et Sacerdotes etiàm pæna ſuſpenſionis à divinis, qui etiàm Sacerdotes ſacris ſuppellectilibus prò celebratione Miſſarum, ſecundùm laudabilem Eccleſiarum conſuetudinem, omninò ſint proviſi.

VIII. Tutelas; aut curas (*a*) non ſuſcipiant; ſinè noſtra, vel noſtri Generalis Vicarii in ſcriptis impetrata facultate: nec coram Judice laico Advocati, aut Procuratoris nomine, cauſas agant, niſi prò ſua, vel Eccleſiæ, propinquorum, aut miſerabilium perſonarum, dumtaxat defenſione: quibus paritèr præter eas, quæ in jure conſtitutæ ſunt (*b*) plectantur pænis, ii, qui ſinè ſpeciali indulto Medicinæ, aut Chirurgiæ artem, etiàm citrà carnis inciſionem profiteri præſumpſerint.

IX. Cum (*c*) ſummoperè dedeceat Miniſtros, Deo, dicatos, ſæcularibus curis eſſe intentos, et negotiis ſe ingerere: Caveant propterea ab eiſdem, et à quibuſcumque mercaturis, et contractibus ſimilibus ſint omninò alieni.

X. Examinari ſe non audeant (*d*) in foro ſæculari, nec in cauſa civili, neque in cauſa criminali: et multò minùs teſtimonium ullum ferre, neque per fidem publicam coràm Notario, et teſtibus, nequè per fidem, et atteſtationem privatam: et multò acriùs prohibemus, ipſorum, ſubſcriptionem, in folio in albo, relinquendo, in manibus aliorum, ut in ipſo eorum atteſtationem, ſivè verùm, ſivè falſum contineat in ipſorum, abſentia deſcribant: Et ſi ſecùs ſinè noſtra in ſcriptis obtenta licentia, id fecerint, Capitula, et Communitates Eccleſiaſticorum punientur pę-

na

(a) *Conc. Rom. ſub S. Silveſtr. Papa cap. 16. cap. duo ſunt.* (b) *C. ſententiam C. fin. ne Clerici.* (c) *C. perexenit cum ſeq. q. 3. & plurics alibi in Sacris Canonib.* (d) *cap. teſtimonium op. nu. tus, 11. q. 1. & alias apud Monacell. loc. cit. num. 12.*

na interdicti, Particulares in Sacris conſtituti, pęna ſuſpenſionis, et Clerici pęna excommunicationis, et aliis arbitrariis.

XI. Neque prò aliquo fide jubere (*a*) in foro laicali: aut quamcumque quærelam (*b*) exponere audeant, abſquè noſtra facultate in ſcriptis conceſſa: Abſtineant paritèr à famulatu cujuſvis perſonæ, et præſertim ſęminarum, et ſi qui fortè de præſenti hujuſmodi famulatui ſint addicti, ab eodem ſe dimittant, cum neminem lateat quantum dedeceat Eccleſiaſticos, qui in ſortem Domini ſunt vocati, et ejus ſervitio principalitèr addicti perſonis ſæcularibus inſervire, aliàs punientur gravibus pænis, ſub quibus abjecta præſertim, et ſæcularia munia fugiant: Ipſique Domini ſciant, ſe non eſſe à culpa immunes, ſi talia præcipiant, et fieri permittant; et tractent, et præſertim Parochi, et Canonici cum Dominis locorum Baronibus, ut ab eiſdem debito reſpectu eidem Dignitati conveniente ſuſcipiantur: omnes Eccleſiaſtici, noctu domi ſe contineant, et ſine neceſſitate ab ea, non exeant, et ſemper cum veſte clericali incedant.

XII. Cum (*c*) ſęminis, non cohabitent cujuſvis ſint ætatis, nec cum conjunctis, ubi ſcandalo fuerint ullatenùs converſentur, S. Cyprianus *de ſingularibus Clericorum cum Clerico fæmina nulla commaneat non deſpecta, non vetula, ſivè affinitate peculiaritèr ſuſcipienda ad domeſticum obſequium: quia magis illic citò delinquitur, ubi ſinè ſuſpicione ſecurum poteſt eſſe delictum; maximè quia cupidini, nulla deformitas, nulla deſpectio faſtidii, vel vilis exiſtit, ſed diabolus pingens prætioſum efficit quidquid fædum, & horridum fuerit*: Et meminerint quæ Sacri Canones, noſtra Provincialia Concilia, et Prædeceſſorum Noſtrorum Conſtitutiones Synodales edixerunt de ipſorum cohabitatione cum mulieribus, etiàm conſanguinitatis, vel affinitatis gradu conjunctis, cum quibus, nec minùs in primo gradu in eodem cubiculo, ſeù camera proptèr honeſtatem, et periculum etiam eos cohabitare, aùt dormire, nec minùs in lectulis ſeparatis ullatenùs permittimus.

XIII. Ac proindè eo magis arceant ab eorom ſervitio ancillas, et cum fæminis conſanguineis, et affinibus, quæ exceſſerint primum, vel ſecundum gradum, nonniſi cum noſtra licentia, aliàs punientur pænis in Sacris Canonibus, Conciliis Provincialibus, et Conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſorum noſtrorum contentis, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis: maximè verò, ſi ipſes in concubinatu verſari compertum fuerit, quod adeò àb omni jure eſt damnatum, ſivè domi ſivè alibi ſimiles Mulieres, et Concubinas habere, auſi fuerint.

XIV. Cum (*d*) arma Clericorum ſint orationes, et lacrimæ: ſtrictè propterea edicendo prohibemus eiſdem arma, nec minùs cauſa itineris cujuſvis ſint generis, exceptis iis, quæ ad domeſticum vitæ uſum, dumtaxat ſunt neceſſaria, aliàs punientur pœnis, et multis contentis in Con-

(a) *cap. 1. de fidejuſſoribus* (b) *Monacell. loc. cit. nu. 11.* (c) *C. volumus & c. omnibus d. 81. c. cum in iuramento §. 1. de præſumpt. c. a nobis de cohab. Cler. & Mulier. c. quidam Clerici d. 89.* (d) *Can. 1. 23. q. 8. c. Clerici hoc tit. Monacell. loc. cit. nu. 5.*

Conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſorum noſtrorum; & multò magis ſi à venatione præſertim clamoſa, ſe non abſtineant, prout ſub dictis pęnis diſtrictè præcipimus, & mandamus.

XV. Baculos per Civitatem, & Oppida, nemo portare audeat, niſi ſexagenarius ſit, convaleſcens, podagra, aut alio morbo affectus, ſi eo ad ſui ſubſtentationem indigeat: Minuſque exercere audeant officia laicalia, nec ſe immiſcere circà ſæcularia negotia Univerſitatis, & omninò ſe abſtineant ab officio Cancellarii, Ratiocinatoris, & ſimilium perſonarum laicalium, & præſertim locorum Univerſitatum.

XVI. Cum autèm juxtà diſpoſitionem VI. Canonis Concilii Calcedonenſis relati in Sacro Concilio *Trid. Seſſ. 23. de ref. cap. 16.* Eccleſiaſtici ad ordines, non promoveàntur, niſi Eccleſiarum ſervitio prò quarum neceſſitate, aùt utilitate aſſumuntur, fuerint adſcripti, in quibus ſuis fungantur muneribus: Hinc eſt, quod hæc noſtra Sancta Synodus veſtigiis dictorum Sacrorum Conciliorum inhærendo, præcipit, (a) et mandat, ut in poſterùm nullus ipſorum diſcedat ab hac noſtra Diœceſi, ſinè noſtra in ſcriptis obtententa licentia, ſub pęna, non ducatorum duodecim contenta in Conſtitutionibus Synodalibus bo. me. Joſephi Catalani Prædeceſſoris noſtri Epiſcopi emanatis de anno 1690., ſed ſex ducatorum dumtaxat, ad quam illam vigore noſtræ præſentis Sanctionis reducimus, & moderamus, ac deductam, & moderatam eſſe volumus, & mandamus: Quo verò ad reſidentiam Canonicorum, & Parochorum, necnon, & Portionariorum, redibit ſermo ſuis propriis locis particularibus.

CAPUT II.

Dè Capitulo:
ubi
Dè Dignitatibus, & Canonicis.

I. Dignitates, & Canonici in Cathedralibus, qui dicuntur Collaterales Epiſcopi, ſicuti omnes alios, in eis præcedunt, ità tamquàm lucernæ poſitæ ſuper candelabrum, cæteris, qui in domo Dei ſunt, ut colluceant, oportet, & quo majori alijs præſtant dignitate eo illuſtriori bonorum exemplo præfulgere debent, ut, in eos, tamquàm in ſpeculo ſinè macula, alii, ſuos, coniceant, oculos, & ex eis, ſumant, quæ imitentur, & quæ Nos opera, & officio juvent, prout oportet.

II. Et prætermittentes alia, quæ diximus neceſſaria *Cap. præc.* ad bonam, & honeſtam clericorum inſtitutionem, cum ipſis communia, caveant iidem prætereris ab omnibus officiis, muneribus, miniſteriis, & aliis quibuſcumque actibus ſervilibus, qui Ipſorum gradum, Dignitatem, & con-

(a) *S.C.C. plùries apud relat. Monacell. in ſurplem. ad appendic. ad 3. tom. nu. 198.*

& conditionem deturpant, ſe abſtinent, atquè ea integritate morum, polleant, ut meritò Eccleſiæ (*a*) Senatores dici poſſint, ac ſæpe animo revolvant, eo magis ad emulanda chariſmata meliora teneri, quò in Eccleſiaſtica Hyerarchia, Dignitate præceteris de Clero præeminent.

III. Non diſcedant (*b*) Canonici ab hac Noſtra Diæceſi, ſub pœna ducatorum duodecim ſinè Noſtra inſcriptis obtenta licentia, quæ juxtà diſpoſitionem Sac. Conc. Trid. numquàm concedetur tempore *Adventus*, *Jejunorum*, *Quadrageſima*, *octavarum Nativitatis*, *& Reſurrectionis Domini Noſtri*, nec non *Pentecoſtes*, *& Corporis Chriſti*, *ac feſti Titularis*, *& Patronorum* hujus Noſtræ Cathedralis, & Civitatis reſpectivè: (*c*) Et eorum creſcente contumacia procedatur contrà ipſos ad formam Sacrorum Canonum, & etiàm ad cenſuras, (*d*) quatenus ità expedire videbitur, prævijs ſolitis monitionibus per edictum ad valvas propriæ Eccleſiæ, ſi non habeatur certa notitia loci ubi abſens morari contingerit, vèl ſi tutus non pateat acceſſus, aùt ſi longè abſit, ita ut commodè perſonaliter citari non poſſit.

IV. Ut fideles diſpenſatores Eccleſiæ, jura, bona, prærogativas, tueantur, bonorum adminiſtrationi invigilent, & operam ſuam quiſquè certatim præſtet: Ad arbitrium revideantur computa Procuratoribus, ſeù Partitoribus, quos vocant in pleno capitulo, ſed in fine cujuſque anni ſolidentur, & detur ſententiã per Rationales, qui eligi ſolent die octavo Maij, quandò eliguntur omnes alii officiales capituli.

V. Cum literæ (*e*) cujuſvis, & præſertim noſtræ, vèl quorumcumquè aliorum ſuperiorum diriguntur Capitulo, ſive Archidiacono, & Capitulo prò rebus, & negotiis Capitularibus: Archidiaconus ſolus, nec Procurator, aùt Canonicus quiſpiam, eas aperiat, ſed Capitulum: Sicuti, nec Archidiaconus, aut alter, vèl aliquis ex Capitularibus ullas literas prò negotiis Capituli, & prò rebus Capituli, ac nomine Capituli, ad quoſcumque præſertim ad Nos, alioſquà ſuperiores ſcribat, niſi de ordine capituli, Capitularitèr conventi: Expedit tamèn, ut capitulariter, & per concluſionem capituli in libro concluſionum, regiſtratam, unus, aùt alter exprobatis Canonicis, qui una cum Archidiacono literas prò rebus, & negotiis Capituli, quæ dilationem, non patiuntur, & ubi, mora aliquod præjudicium inferat, aperiat, vel ſcribat nomine Capituli, qui propterea totum id poſteà teneatur ſtatìm referre in Capitulo: Numquam autèm omninò recurſus quicumque per memorialia, ſupplices libellos, conſimileſque ſcripturas contrà quoſcumque ad Nos, vèl ad quoſcumque alios ſuperiores, tùm Laicos, tùm Eccleſiaſticos interponantur, & fiant,

(a) *cap. cleriam habet Senatum 2 16. q. 1. Trid. ſeſſ. 24 cap. 12 ad fin. de refor.*
(b) Sempèr requiritur Epiſcopi licentia quoties Canonici abeſſe volunt extra Diœceſim *S. Congr. c. apud Monacell. tit. 13. form. nl. num. 65.* (c) *ead. S.C.C. apud Monacell. loc. cit.* (d) *ad text. in cap. ex tua §. contra de Cler. non retid. & S.C.C. apud Monacell. loc. c. t. n. num. 68.* (e) *S.C pluriès apud Nicol. in floſcul. verb. capitulum num. 14.*

ſiant, prò cauſis criminalibus, civilibus, aùt mixtis quibuſcumque ſub nomine Capituli, niſi id concluſum fuerit capitulariter in Capitulo, & de ordine expreſſo ejuſdem Capituli, prout quoque prohibemus, ne quis ex Capitularibus Dignitas, aùt Canonicus ſit, aut aliquis ex eiſdem audeat, uſurpando nomen Capituli, uti ſigillo Capituli, vèl ſcripturas quaſcumque ſub nomine Capituli eo inſcio, vèl non capitulariter, ubi ut ſupra neceſſum ſit, ad id convento, dictare, vèl ſcribere, aùt ſcribi, vèl dictari mandare: Quod ſi quid contrà diſpoſitionem præſentis noſtrę ſanctionis, quam perpetuò Sanctam, & illibatam ſervari volumus, attentari contingerit, Capitulum ipſum interdicto Eccleſiaſtico, ipſofacto, ipſoque jure, ſubjaceat, Capitulares particulares, ſeù Canonici, Dignitates in particulari ubi particulariter in eiſdem, & circà prædicta deliquerint, pænam ſuſpenſionis, ipſofacto, ipſoque jure, nobis reſervatam incurrant.

VI. Quamdiù vivit (*a*) Epiſcopus, licèt ejus vita deſperata ſit, non ſolùm tamquàm illicitum, ſed etiàm uti invalidum improbum, et contrà bonos mores Eccleſia ſempèr damnavit, et damnat tractatum quemcumque, ubi de ſucceſſoris convenitur electione: et Nos cupientes huic malo occurrere circà electionem Vicarij Capitularis, quæ aliquam ſucceſſoris Epiſcopi ſapit electionem, edicimus propterea, ut Dignitates, et Canonici caveant omninò tàm in capitulo, quàm extrà à prædictis tractatibus, et à quacumque mutua promiſſione, aùt pacto de certa perſona eligenda in Vicarium Capitularem ante mortem Epiſcopi, licet ejus vita deſperata ſit, aliàs ſit, et eſſe cenſeatur nulla, et invalida electio quævis, poſtea facta, ſi ex hujuſmodi improbo tractatu, pacto, et mutua promiſſione originem traxit: Et promittentes, vèl paciſcentes, necnon, qui ad id, conſilium, auxilium, vèl authoritatem dederint, aut quomodocumque interpoſuerint excommunicationem ipſofacto, ipſoque jure incurrant.

VII. Capitulum noſtrum ex duodecim componitur capitularibus: verum ſicuti in uno corpore multa membra habeamus, non autèm omnia membra eundem actum habent: Ita in eo, quod eſt quoddam corpus morale, non omnes habent eandem operationem, quæ per ipſorum dignitatem, et officium explicatur: Si enim totum corpus ſit oculus, ubi eſt auditus? ſicuti varietas membrorum per diverſa officia, et robur corporis ſervat, et pulchritudinem repræſentant: ita varietàs perſonarum per diverſos gradus, et per diverſa diſtributa officia fortitudinem, et venuſtatem in Eccleſia manifeſtat: Advertant propterea Dignitates, et Canonici, ut ſuum, quiſque, ſervet, gradum, officium, et dignitatem, nec ijs ſe immiſceant, quorum ſua non intereſt.

VIII. Ex duodecim capitularibus, quibus componitur hoc noſtrum Capitulum, quatuor primæ ſunt Dignitates, puta Archidiaconatus, Ar-

chi-

(a) *c. nullus d. 79. c. bonæ memoriæ de elect. & elect. pot. laym. quæſt. can. de Prælat. Eccl. n. 3. & cap. 4.*

chipresbyteratus, quæ ſunt antiquæ, Decanatus, et Cymiliarcatus, ſeù Theſaureratus ultimò per Nos erectæ, et ex Canonicis duo ſequentes Presbyteri, quatuor ſequentes Diaconi, et duo ulti Subdiaconi, cum jure optandi intèr ipſos, excepta prima dignitate ex regula Cancellariæ, et ſecunda Dignitate ex conſuetudine; Necnon præbenda Pænitentiariȩ, et Theologali, nuper paritèr per Nos erectæ, et cum duobus ultimis Canonicatibus reſpectivè unitæ, quæ conferri non poſſunt, niſi cum certis quibuſdam particularibus requiſitis, de quibus in Bulla emanata per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Benedictum PP. XIII., quæ incipit. *Paſtoralis officii*.

IX. In quò conſiſtat particulare officium Archidiaconi, et Archipresbyteri, quæ ſunt duo primæ Dignitates in hac Noſtra Cathedrali, cum jam id ſatis ſuperquè in conſtitutionibus capitularibus ſit expreſſum, ad ea, Nos referimus.

X. Quo vero ad tertiam Dignitatem, quæ venit ſub nomine Decanatus, quam nupèr Nos, una cum Thæſauroratu, ſeù Cymiliarcatu ereximus, nullum particulare habet officium, niſi prima dignitas, vèl ſecunda impedita, in omnibus Decanus quæ eſt tertia dignitas abſentis dignitatis vices ſuppleat.

XI. At officium Theſaurarii, ſeù Cymiliarchi, quæ eſt quarta Dignitas ejus eſt, ut univerſam hujus noſtræ Cathedralis ſuppellectilem, vaſa Sacra, Cruces, & ſimiles, prò Sacrarii uſu cuſtodiat, & eidem præſertim incumbat vigilantia ſuper Sacris Reliquiis, & diſtributio Sacrorum Oleorum cum noſtra tamèn licentia *feria V.* in Cæna Domini, & eorum conſignatio, quibus de jure.

XII. Alii Canonici Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi ultrà ſervitium quotidianum Chori, quod Dignitatibus omnibus eſt commune, adimpleant paritèr proprias functiones adamuſsim, ut diſponitur in dictis Conſtitutionibus capitularibus abſquè emulatione, & contentione: Quoad Canonicum Pȩnitentiarium, recurratur ad ea, quæ ſparsim ſuprà ſtatuimus *par.2.cap.5.*, & infrà *par.7.cap.4*: Et quo ad Canonicum Theologum ad ea, quæ ſuprà paritèr ſtatuimus *par.1.cap.4.* ubi de officio Canonici Theologi: Quippè alios omnes Canonicos in choro, foro, & omnibus aliis actibus abſquè præjudicio obtinentium præcedant per ea quȩ per nos cum conſilio, conſenſu, & aſſenſu noſtri Capituli capitularitèr habiti ſtabilita ſunt, ità ut poſt ceſſum, aut deceſſum obtinentium Canonicorum, ipſi, poſt dictas Dignitates, primum ſucceſſivè in Choro, foro, & in omnibus aliis actibus, votum, & locum perpetuis futuris temporibus habeant, & teneant.

XIII. Et ad tollendas quaſcumque controverſias, prima Dignitate impedita, vel abſente, ad ſecundam munià, & ſucceſſivè ad tertiam, vèl ad quartam, & omnibus Dignitatibus abſentibus, vel impeditis, ad primum, vel ſecundum Canonicum, ea pertinere, ut non poſſit prima Dignitas in

alio;

aliorum præjudicium, qui ſibi ſuccedunt hoc munus alteri eidem benè viſo prò libito voluntatis demandare, ſed in eo proximior Dignitas, vèl Canonicus reſpectivè deficientis, vices ſuppleat; Et primæ Dignitati tùm in officio, tùm in loco quivis ex Canonicis ratione Stolæ, vèl Pivialis in quibus ejus requiritur uſus præfertur; Numquàm tamen Parochus non Canonicus, prout alias diximus *par.3 cap.4.num.7.*

XIV. Quo verò ad Statuta, & Conſtitutiones Capitulares, quibus velut corpora membris compacta, Capitula ſuis legibus vivere, ſuiſque regulis nutriri, & conſervari oportet, facta per bon. mem. Carolum Mariam Pianetti, Epiſcopum Prædeceſſorem noſtrum, & per noſtrum Capitulum formitèr acceptata, publico mediante Inſtrumento rogato *die 3. Aprilis* 1712., confirmamus, & approbamus, & quæ in eis diſponuntur, ſèrvari volumus, & mandamus.

C A P. III.

De Convocatione, & Celebratione Capituli ubi De Officialium Electione.

I. CApitula prò rebus communibus, & Eccleſiæ, pertractandis negotiis convocentur ſemèl in hebdomada, die ſabbati, & prout aliàs neceſſitas urſerit, eo tamen tempore, quò Canonicis commodiùs erit, & numquam die feſtivo, nèc tempore divinorum officiorum: Et eidem omnes interſint Capitulares, aliàs punctentur, niſi rei gravitas, aliud expoſtulaverit, quod remittitur arbitrio Præſidentis in Capitulo: & nullus ab eo diſcedat, niſi integrè terminato Capitulo, & ſi ſecùs tamquàm abſens multetur pęna carolenorum decem, in beneficium communis rei Capitularis, applicanda

II. Jus convocandi (a) Capitulum ſpectat ad primam Dignitatem, etiàm ſi in Sacris non ſit conſtitutus, licèt tali caſu, non habeat votum in Capitulo: Et eo abſente, vèl impedito, ad ſecundam Dignitatem, & Digniorem de Capitulo: Et ſi prima Dignitas illud convocare recuſaverit, poterit ſecunda Dignitas, & ſucceſſivè dignior poſt ipſos, eorum negligentiam ſupplere, & Capitulum convocare: Non tamèn prò quacumque re levi, ad defaticandum Capitulares, nec de repentè congregandum erit Capitulum, ſed die præcedenti de eo fratres certiores fieri debent, niſi urgens neceſſitas, aliàs expoſtulaverit: & præventivè ad illud, ubi opus fuerit moneantur omnes de eo quod agendum erit: & convocetur more ſolito ad ſonum omnium Campanarum tribus ictibus per quamlibet à minori Campana incipiendo, niſi agatur de re graviſſima, & præſertìm de electione Vicarii Capitularis, in qua ſub pena nul-

(a) S. R. C. in Neapolit. 21. Ian. 1698. apud Monacell. tit. 2. for. 4. n. 24.

litatis Capituli præſentes in Civitate perſonaliter, etiàm citari edicimus.

III. Non celebrentur (a) Capitula niſi in ſolita Sacriſtia, & ſi alibi ea celebraverint, conventicula, & conciliabula, illa declaramus: Sint autèm ibidem modeſtè, & cum ſilentio: Sedeant juxtà præſcriptum ordinem, & ſenium in Canonicatu. Subdiaconis, & Diaconibus, dumtaxat exceptis, quos ſemper præcedant (b) Sacerdotes Canonici, licet in ſenio Canonicatus, ipſi ſint poſteriores: Decet tamen, ut omnibus congregatis, à ſtata illa oratione, quæ *de Spiritu Sancto dicitur*, prima Dignitas, aùt is, qui Capitulo præeſt, initium faciat: neque illud dimittatur, niſi in fine *redditis Deo ſolitis gratiis*.

IV. Prima Dignitas, ſeù dignior in Capitulo, niſi agatur de cauſa, quæ ipſius perſonam, aut ejus conſanguineos, vèl affines tangere poſſit pertractandas, proponat, & reliqui per ordinem, ſuo loco, ſuam ſententiam dicant: & nemo alium interpellet: ſed fraterna charitate, quiſquè ſuam proferat ſententiam, & alios eandem proferentes attentè audiant: Declarantes in electionem Vicarij Capitularis, aliorumque Officialium, poſſe Canonicum conſanguineum, & affinem, prò affine, & conſanguineo, ſuum votum, & ſuffragium ferre: In aliis verò (c) negotiis, & præſertim gravibus, quæ tangere poſſunt conſanguineorum, & affinium perſonas, uſquè ad tertium gradum incluſivè, quòd debeant diſcedere, quotiès de eiſdem negotiis pertractari contingat, & non redeat, niſi eo negotio reſoluto.

V. Et ſi quis inchoato Capitulo ſupervenerit, intereſſentibus Capitularibus, ſe inclinabit, omnes advenienti aſſurgant, ipſe verò, facta brevi oratione, verſus altare, in quò aſſarvantur Sacræ Reliquiæ, ad locum ſui ordinis, accedens, cum aliis conſedeat, & ſuo tempore, ſuam paritèr, proferat ſententiam, prius à prima Dignitate, ſeù Digniore in Capitulo certior factus, de iis de quibus tunc agitur: & ſi aliquod negotium prius fuerit pertractatum, aùt concluſum amplius de eo non erit agendum, quod pertranſiet in rem judicatam, & tamquàm abſenti, nullum jus, ei competat ſuppoſito, quod omnis abfuerit perſonæ contemptus.

VI. Nullus ex Dignitatibus, & Canonicis ſub quovis prætextu cauſa, aùt quæſito colore, extrà Capitulum, audeat in ſcriptis, ſive per sè, ſivè per alium proprium ſuffragium præſentare, ſed jus votandi in Capitulo eorum ſit, qui animo, & corpore in eo fuerint præſentes, quod enim collegialitèr agendum eſt, extrà collegium à ſingulis perperi non poteſt: Et ſi gravitas negocij id tulerit, ſatius eo die quo proponitur illud ad aliud differatur Capitulum, ut maturiùs negocium pertrattetur.

VII. Maxima confuſio, & diſſentio naſceretur, niſi circà delibera-

tio-

(a) *cap. quod ſicut. de elect. cap. qua fronte de appellat.* (b) non obſtante contraria conſuetudine *S.C.R. pluries apud Monacell. loc. cit. num. 23. & ſeq.* (c) *S.C.C. in Mediolanen. apud Monacell. loc. cit. num. 26.*

tiones, & ſententias à ſingulis proferendas, modus, & forma tradatur: Mandat propterea hæc Noſtra Sancta Synodus, ut rè maturè diſcuſſa, concipiatur demùm reſolutio per vota ſecreta, & quod majori parti viſum fuerit, ſub pœnis nullitatis actorum, ſtatim redicatur per Canonicum Secretarium in libro concluſionum Capituli: Et maximam adhibeant diligentiam ad ſervandum ſecretum, præſertim in electione Officialium, & Vicarii Capitularis, ad evitanda quæ exindè evenire ſolent, odia, perſecutiones, inimicias, & ſimilia inconvenientia: et non erit abs re, ſi talis electio fiat per cartulas, in qua per Secretarium eligendi nomen, ſit, deſcriptum.

VIII. Et cum ex Officialium electione, & recta officiorum diſtributione pendeat quies, & tranquillitas in Capitulo, ac rerum, jurium, & bonorum Eccleſiarum, fructuoſa adminiſtratio: Edicimus, propterea, ut quolibet anno, proùt hactenus ſervatum fuit, diè octavo Menſis Maij, quocumque humano reſpectu, odio, vel amore ſepoſito eligantur in Capitulo, omnes Officiales, per annum tantumodò duraturi: & erunt duo Procuratores, qui etiàm Partitores nuncupantur: duo Rationales: Et duo Deputati, prò ſolita diviſione cartellarum Anniverſariorum, quæ fit, eodem die octava Maij, & bonorum communium die octava menſis Septembris: necnon duo Archivarij: & unus Secretarius: Punctator ultrà contrapunctatorem per Nos eligi ſolitum, ad formam Sacri Concilij Trid.: Aliique conſimiles, ſi qui eligi ſolent Officiales: Et volumus ut dictorum Officialium electio fiat per vota ſecreta capitulariter in Capitulo, & quod regiſtretur in libro concluſionum Capituli.

IX. Curent autem Capitulares, ut electio dictorum Officialium cadat in perſonas omni exceptionè majores, quæ eorum muneri ſatisfacere valeant, proùt qualitas officij expoſtulare contingerit: Et Procuratores, necnon Deputati prò dictis diviſionibus, & Punctator antequam ſe ingerant in exercitio eorum muneris, quod incipit die ſequenti, ad eorum electionem nona Maij, & terminat die octava ejuſdem menſis Maij, ad annum præſtare teneantur in manibus Noſtris, vel Noſtri Vicarij Generalis, ſolitum juramentum de fidelitèr adminiſtrando eorum officium: Quod numquàm recipi volumus, ſi Procuratores, vel Partitores fuerint alieno ære gravati, aùt alias, non ſolvendo, & Rationales electi, Partitorum, ſeù Procuratorum conſanguinei, vel affines, vel alies Officiales electi, aliquo alio Canonico impedimento irretiti, quibus ea exercere prohibeantur.

X. At nullus, officium ad quod fuit electus in Capitulo recuſare audeat, ſinè extrajudicialitèr legitima cauſa, coràm Nobis, vel Noſtro Generali Vicario extràjudicialiter, ſi intèr ipſos conveniri non contingat deducenda, ut deſupèr opportunè providere valeamus, alias multari volumus in carolenis decem prò qualibet die, uſquequò tedio affectus pareat, & officium ad quod fuit aſſumptus exerceat, applicantes ſupradi-

Digitized by Google

ctam multam in beneficium communis rei capitularis, circumſcriptis omnibus aliis pænis, & multis, contrà hujuſmodi contumaces, in Conſtitutionibus Capitularibus comminatis.

XI. Quò verò ad reddituum, fructuum, decimarum, cenſuum, aliorumque ſimilium exactionum, & emolumentorum Capitularium adminiſtrationem, & perceptionem, eorum diviſionem, & diſtributionem, ſerventur Conſtitutiones Capitulares, hac de rè editę tenoris, & continentiæ ſubſequentis v3.

XXII. *Quanto poi tocca alla amminiſtrazione delle rendite, baſterà quello, che ſi opererà dalli Deputati, Procuratori Generali, à peſo de quali corre l'eſazzione di tutte le decime, che ſpettano à favore del Capitolo, per poi unirle in Fondaco, e ridotte nel libro decimale, ſecondo la preſcritta forma nella Noſtra Sinodo, procedere coll'intervento de Deputati del Capitolo, alla partizione, ſecondo al contingente della ſomma da quello riſulta da libri de Puntatori, a fine di conſegnarlo à ciaſcheduno, dopò portata la ſolita licenza in ſcriptps, ò da Noi, ò dal Noſtro Vicario Generale, preſentato cho ſarà nel Noſtro Archivio il libro decimale ſudetto, elaſſo il meſe di Settembre, e campito già l'anno.*

XIII. *Nel fine poi del meſe di Maggio, come in quello di Settembre di ciaſcuno anno, riccnoſciuti ancora i libri de Puntatori, delli ſuddetti Canonici Deputati, e Procuratori, ſi procederà ancora alla formazione delle cedole, ſecondo il contingente di ciaſcheduno, per quello riſulta, così dal Cedolario del Capitolo, come dalli libri già detti, e colle dovute circoſpezzioni, affinche ogn'uno abbia ugualmente delle partite dì facile, e dura eſazzione: E per evitare ogni motivo di diſturbo, ordiniamo, che formate le cedole ſudette, ſi abbiano da eſtraere à ſorte, affinchè ſi eſcludino al poſſibile le parzialità, e connivenze: E perche può accadere nella Cedola, che ſortirà ad alcun Canonico, vi ſia deſcritta, qualche partita, che ſi debba dall'altro, ſarà queſti obligato di aſſignare à queſto ſopra la Cedola à lui ſortita, la migliore, e più eſiggibile partita, per l'equivalenza del ſuo debbito, ad elezzione del primo, ſenza contraſto, e con quella carità, colla quale, ſi deve caminare nellu Caſa di Dio.*

XIV. Uſum verò, quem in Noſtro Capitulo invenimus, ut Procuratores, ſeù Partitores, ſuis reſpectivè temporibus, librum dati, & accepti, ac punctaturarum, nec non decimarum, aliorumque frugum, & reddituum, ac quarumcumquè exactionum, regiſtrum, ut in eò diſcutiantur, exhibeant, quò deindè per Deputatos, ad debbitam deveniatur diviſionem, & per Rationales ad ſolitam ſententiam, quàm ſignificatoriam appellant, ſuis paritèr temporibus, in Conſtitutionibus Capitularibus ſtatutis, procedatur reſpectivè, confirmamus, & approbamus, quem ſic confirmatum, & approbatum, uti rationi valdè conſonum, & ad quaſcumque dirimendas controverſias, & ſuſpiciones, & fraudes, nimis aptum, in poſterum perpetuò ſervari volumus, & mandamus.

XV. FOR-

FORMULA JURAMENTI.

Quod per Officiales præſtari debet.

Ego N. N. Procuratoris, ſeù Deputati, vel Punctatoris Capituli, officium, ad quod nupèr aſſumptus fui, promitto, ſpondeo, & juro, mè fidelitèr, & ſincerè, amore, timore, & odio remotis, quantum in me eſt executurum; ſic mè Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

CAPUT IV.

De Officio Secretarij Capituli.

I. DE Officialium Capituli electione, jàm ſuprà hac *eod. part.5. præced.cap.3.*, ſatis ſuperquè cautum eſt, & de electiòne Secretarij *ib. d. num.8.*, officium, autem Secretarii Capituli, ut ad rem pertinet, in eo conſiſtat, ut fidelitèr, ac diligentèr adnotet, & in libro concluſionum deſcribat bono, ac legibili caractere, omnes, & quaſcumque reſolutiones, quæ fiunt in Capitulo, cujus paritèr literas ſimilitèr ſcribat, ſervata tamèn forma de quà ſupra *hac ead.part.5. cap.1. num.5.*, & ubi opus fuerit, ea quæ in ultimo Capitulo determinata fuerunt, perlegat in ſequenti Capitulo, ad hoc, ut illi qui ad aliquid exequendum, deputati fuerint, peractæ executionis, debitam reddant rationem.

II. Et ad talem effectum habeat penès ſè librum benè compactum, cum ſuis foliationibus, quèm accuratè conſervet, & exindè ſinè licentia ejuſdem Capituli, nullas omninò ſub pæna ſuſpenſionis ab officio, ipſo facto incurrenda, aliiſque Noſtro arbitrio reſervatis pænis, copias extrahat, & caveat nè aliqua folia, concluſionum captarum, adulterare quoque modo, ſivè per ſè, ſivè per alios audeat: aùt in eis aliquid addere, vel ab eiſdem demere, aùt quid ſimilè committere, nequè, ut ab aliis prędicta fieri permittat, aliàs pænis, contrà falſarios ſtatutis, punietur, aliiſque Noſtro arbitrio reſervatis.

CAP. V.

De Officio Procuratorum, ſeù Partitorum Capituli.

I. OFficium Procuratorum, ſeù Partitorum Capituli, qui eligi ſolent, pſoùt ſuprà determinatum fuit, *hac ead.part.5.cap.3.n.8.* conſiſtit in onere exigendi omnes redditus fictus, promoventus, cenſus, terraticos, decimas perſonales, prædiales, & mixtas, oblationes, & ſimiles obventiones quaſcumque recipiendi, ad Capitulum quomodocumquè ſpectantes, & pertinentes, ut tandèm de eiſdem diſponatur, prout in

in *præced.cap.3.n.11., & ſeqq.*; Suum proptereà habeant Procuratores, ſeù Partitores librum, & in eo diligentèr, & fidelitèr data, & recepta adnotent, ut in fine anni de adminiſtratis debitam reddant rationem, niſi aliàs Capitulum computa revidere voluerit, ut ſuprà ſtatutum fuit *d. Cap. III.*: Sumptus verò nonniſi neceſſarios faciant prò rebus ordinariis, & prò rebus extraordinariis, nonniſi cum conſenſu Capituli, regiſtrando in libro concluſionum Capituli: ſinè quò, nec minùs cauſas, et lites moveant: et ſi quis eas contrà Capitulum movere voluerit, ſtatim id in Capitulo referre teneantur: et ſi in hoc negligentes fuerint, ultrà expenſas, ad quas omnes, et ſingulos, et damna, quæ Capitulo exindè, provenire poterunt, teneri volumus, per Nos etiàm punientur.

II. Curabunt Procuratores, ſeù Partitores Capituli, ut omnia credita, redditus, proventus, cenſus, jura funerum, eleemoſinæ Miſſarum, et officiorum, fructus, decimæ, et emolumenta quæcumque ad Capitulum ſpectantes, ſuis debitis temporibus exigantur, et fidelitèr conſerventur, ut poſteà ſinè ulla qualitate, inter Capitulares diſtribuantur, ut ſuprà dictum fuit hoc *eod. ſuprad. Cap. 3. n. 11. & ſeqq.*, ſolitis tamèn expenſis, in beneficium Capituli factis, exindè priùs retentis.

III. Invigilent Procuratores, ſeù Partitores, omni ſtudio, et diligentia, ut terrena, vineæ, oliveta, domus, et alia bona Capituli, quorum ipſi immediatè habent curam, per quos oportet debitè colantur, conſerventur, et manuteneantur, præſertìm ut pecuniarum capitalia, quæ ex cenſuum extinctione, aut quovis alio modo, Capitulo obvenerint, otioſa non permaneant, ſed quoad fieri poteſt, ſtatìm inveſtiantur.

CAP. VI.

Dè Officio Punctatoris Capituli.

I. OFficium, & cura Punctatoris ſit, tàm Capituli, quàm cujuſcumque Dignitate præditi, & Canonicorum, aliorumque, qui ad ſervitium Eccleſiæ chori ſunt addicti, abſentiam, & errata in libro particulari, quem, punctaturarum librum appellant, fidelitèr adnotare: Et quem in Punctatorem eligi debeat quolibet anno, jam ſuprà *hac ead. part. cap. 3. n. 8.*, decretum fuit.

II. Et in primis accuratè, & rectè notet Punctator, non ſolùm eos qui ſtatis Canonicis horis à choro abfuerint, verùm etiàm unumquemq; qui contrà has noſtras Synodales Conſtitutiones, & decreta Anteceſſorum noſtrorum in proceſſionibus, aliiſque divinis officiis, & ſolitis functionibus Eccleſiaſticis peccaverit, aùt erraverit: Et eos, qui minùs aptè cantus, & cæremonias peragent, poſtquàm ſuper hoc opportunè moniti fuerint: Hinc indè ridentes: literas particulares legentes: privatiſque præcibus, tempore quo canendum, & pſallendum eſt, inhærentes *Aliavè*, quæ

quæ alios diſtrahere, inquietare, & perturbare poterunt, peragentes.

III. Adnotari debent paritèr, qui tardiùs veniunt ad Matutinum Pſalmo, *Venite*, & *Hymno* abſoluto: Ad horas *Pſalmo primo*: Ad Miſſam *Kyrieleyſon*: & ii prò abſentibus habendi ſunt, quò ad illam horam: Eos autem, qui legitimè fuerint abſentes, non adnotabit: Et legitimè ille abſens erit, qui ægrotus, flebotomus, aùt funeralibus conſaguineorum, & affinium impediti, prò tempore tamèn ſupra ſtatuto *part.3.cap.4 n.10.* Capitularibus, vèl noſtris occupati negotiis: Sicut, & ii, qui Sacramenta adminiſtrant, Canonicus Pœnitentiarius, & Theologus, prò tempore, quò exercent eorum officium, ut aliàs in pręſentibus noſtris Conſtitutionibus Synodalibus per nos cautum eſt.

IV. Si quis verò, aliquam ſuę abſentiæ, vel alterius facti cauſam afferat, quamobrem ſe contrà præſcriptas regulas, quidquam non egiſſe, vel admiſiſſe prętendat nè propterea abſentiæ, vel illius facti, pęnam incurriſſe putet, id coram Officialibus noſtris, Punctatore audito, prò veritate diſcutiatur.

V. Et ſi quem odio, amore, timore, ſimilivè alia paſſione, Punctator, notaverit vèl notandum prætermiſerit, de ſuo ſatisfaciat, & per nos, etiàm punietur, ultrà perjurium, prò quo reſpondere debet coram Deo, quod committit contrà juramentum, quod pręſtare debet de fidelitèr adminiſtrando ſuum officium, ut ſuprà ſtatuimus *præced.cap.3. num. ultim.*, & in hoc advertat etiàm Contrapunctator noſter.

VI. Taxàm verò punctaturarum, eam ſervari volumus in hac noſtra Cathedrali, quę hactenus ſervata fuit: Verùm in feſtis primæ claſſis, duplicetur punctatura: & in aliis diebus in quibus Nos pontificalitèr officia celebramus, & omnes intervenire tenentur, etiàm ſimplices Sacerdotes, & Clerici in hac noſtra Cathedrali vel in quibus per Nos ſolemnitèr celebrari contingerit, abſentes ſi fuerint in dignitate conſtituti, multentur pęna quinque carolenorum, Canonici trium, ſimplices Sacerdotes, aùt in Sacris conſtituti duorum carolenorum, & contrà Clericos abſentes, ſivè cælibes, ſivè conjugatos, eas noſtro arbitrio reſervamus.

VII. Punctaturas inter præſentes diſtribui mandamus, & nè detur occaſio in præjudicium cultus divini eis, qui ad ſervitium Chori teneantur ab ipſo ſe abſentandi præcipimus, ne intereſſentes, ſivè in communi, ſivè in particulari, abſentibus, punctaturas remittant ſub pœna duplicatæ ſolutionis in beneficium Sacriſtiæ, quibus pænis ipſo facto, ipſoque, jure controvenientes teneantur abquè ulla declaratione, etiàm in foro conſcientiæ, quàm prò qualitate rei oneratam eſſe volumus: Multas verò quibus abſentes à ſervitio prædicto, vel in eo errantes puniri, ut ſupra mandavimus, applicamus etiàm in beneficium Sacriſtiæ: Et ad hoc fidelitèr invigilent Contrapunctator, & Officiales noſtri.

CAP-

C A P. VII.

Dè Archivo,
UBI
Dè Officio Archivarii.

I. MAxima fuit antiquorum vigilantia prò rerum ſuarum monumentis, ad poſterorum memoriam retinendi, & nihil frequentius in veterum Patrum ſcriptis, & Sacris Conciljorum & Eccleſiæ ſanctionibus legitur, quam ſcrinia, tabularia, archiva, conditoria, & armaria, à temporum, atquè hominum injuria ſervandis rerum geſtarum, documentis, cartis, diplomatibus, codicibus, iſtrumentiſque, conſtructa, ex quibus fides, & rerum veritas, ad ſucceſſorum recordationem, traſmitti poſſet.

II. Qua dè rè Sanctiſſimus Dominus Noſter *Benedictus PP.XIII.* ſub hac eadem ſupradicta expreſſione, cum ad aures ipſius pervenerit in multis Epiſcopatibus, & Eccleſiis, rem tàm providam, & utilem, non ſinè privato, & publico damno negligi, ſua paſtorali vigilantia prædictis, & conſimilibus malis occurrere cupiens ultimò, & propriè, ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1727. *XVIII Kalendas Julias* magiſtralem edidit Conſtititutionem, quę incipit *Maxima* vigilantia, qua advertens ad Conſtitutionem à Sancto Pio V prò Archivis ſedium Epiſcopalium utriuſque Siciliæ & fraudes, ac ſubreptiones ſcripturarum, quæ tempore Sedium vacantium perpetrantur nonnullas alias ordinationes, & ſtatuta promulgavit, prò Archivis in Italia erigendis prò cuſtodia jurium, & ſcripturarum ad quaſcumque Eccleſias Cathedrales, Collegiatas, & non Collegiatas pertinentium; Ad Seminaria etiàm, ad Monaſteria quæcumque, ad Collegia, Congregationes, Confraternitates, Hoſpitalia, et quælibet alia loca pia, cum ampliſſima inſtructione, de ſcripturis, quæ in iiſdem Archivis reponi debent.

III. Cum autem, eadem conſtitutione, omnibus malis ſuprà recenſitis magiſtralitèr quo ſit conſultum circa ea quæ quomodo ſpectare, & pertinere poſſint ad Archivorum conſtitutionem, necnon ad Archivarij officium, ea propter, ut rem adeò utilem, & neceſſariam non ſolum prò bono privato, ſed inſuper quod publicum reſpicit bonum, ut præ manibus ab omnibus, & quibuſcumque, quorum intereſt, vel quovis modo intereſſe poſſit perpetuo habeatur, hic de verbo ad verbum, quoad capitula principaliora, cum ſua inſtructione transcribi mandamus, ut ſequitur v3.

I. *Ut omnes Patriarchæ Metropolitæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati inferiores, Ordinarii locorum, Nullius Diæceſis Juriſdictionem Epi-*

coſpo-

ſcopalem exercentes in tota Italia, eique adjacentibus Inſulis, qui in ſuo Palatio Epiſcopali, locum tutum, nèc cuivis facilè adeundum prò ſervandis in eo ſcripturis ad dignitatem, & juriſdictionem Epiſcopalem, ſivè ordinariam, menſam, & forum ſuæ Curiæ pertinentibus non habent, ſtatìm de loco tantæ rei deſtinando, ſeriò cogitent, in quo loco tuto, congruo, non humeſcenti, undè ſcripturis ipſis lapſu temporis pernicies ulla inferatur, loculi, plutei, & armaria, recipiendis ſcripturis, & Codicibus ſecundùm inſtructionem Italicam inferiùs ſubiicendam diſponantur, & diligentèr clauſa cuſtodiantur. Quo ad Archivia, & Tabularia olìm erecta eidem Prælati prò ſua vigilantia eorundem ſtatum ſedulò recognoſcant illorum aptæ capacitati, atquè ordini, juxtà ſupradictam inſtructionem, ut quoad fieri poteſt, ſtructura, & diſpoſitio omnium Archiviorum ſit uniformis, intrà ſex menſes poſt harum publicationem proviſuri.

2. *Hic idem terminus ſex menſes iniungitur quibuſcumque Capitulis Eccleſiarum Cathedralium, Collegiatarum, tàm inſignium, quàm non inſignium, ut locum opportunum, juxtà modum jàm indicatum diſponant in aliqua manſione Cathedralis, vèl Collegiatæ Eccleſiæ, ubi commodè ſerventur, & cuſtodiantur ſcripturæ, jura, & ſtatum eorundem Capitulorum reſpicientes. Seorsùm verò armarium prò ſcripturis ad jura, & ſtatum particularem Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum attinentibus. Volumus enìm, ut Archivia Capitulorum, ab illis quæ ſunt Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum omninò diſtinguatur; Ideoque in proſpectu, & facie, ſivè anteriori parte cujuſcumque Archivij, ſivè Armarii exteriùs ſcribatur cujuſnam ſit illud Archivium, an ſcilicèt Eccleſiæ, an verò Capituli.*

3. *Hæc obſervanda etiàm præcipimus, à quocumque Abbate, Priore, vèl Superiore regulari cujuſcumque ordinis, etiàm mendicantium; etiàm Societatis Jeſu, vel cujuſcumque inſtituti etiàm ſpeciali nota digni, necnon Hoſpitali Beati Joannis Hyeroſolimitani, ſcilicèt prò diſpoſitione, conſtructione, ſeù conſtitutione Archivij in loco apto, modo quò ſuprà intrà clauſtra propriæ domus Monaſterii, ſeù Conventus: idemque omninò exequutioni mandandum curent Abbatiſſæ, vèl Prioriſſæ, & Superiores cujuſcumquè Monaſterii Monialium, & Sacrarum Virginum piarum mulierum, quæ Conſervatoria appellantur quæquè per hæc ſcripta non intendimus approbare. Similitèr hæc eadem conſtitutio noſtra in conſtruendis, & conſtituendis Archiviis obſerventur ab Eccleſiis Receptitiis, Collegiis, Seminariis, Convictibus, Congregationibus, Confraternitatibus, Hoſpitalibus, Montibus Pietatis, aliiſque locis piis cujuſcumque generis, & quocumque nomine cenſeantur ſub adminiſtratione Rectorum, Miniſtrorum, & Officialium temporaneorum, ſivè perpetuorum exiſtentibus.*

4. *Omnes jàm dicti Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Ordinarii locorum utriuſquè ſexus, ut ſuprà poſtquàm conceſſerint, & clauſerint, vèl diſpoſuerint ſcripturas in Archivio extructo, vel extruendo omni diligentia,*

& ſollicitudine earundem Cathalogum , & inventarium conficiendum , & cum brevi ſingularum ſcripturarum , ſynopſi , & lemmate , vèl ſummario deſcribendum curent. Epiſcopi , & Ordinarii eundem Cathalogum, & Inventarium à Notario , ſeù Cancellario Curiæ Epiſcopalis , aùt eo impedito ab alia perſona , per eum ſubſtituenda confici curent coràm ſeipſis , ſeù Vicario Generali , vèl alia perſona ab iiſdem ſubſtituenda ; idem Cathalogus , & inventarium ab eodem Notario, ſeù Cancellario ſingulis paginis ſubſcribatur. Cathalogus verò in fine totius operis à Prælato , poſtquam ipſe accuratè , & ſedulò recognoverit ſingulas paginas diligentèr conſcriptas , fideliterque a Notario , ſeù Cancellario propriæ Curiæ , vèl à perſona ei ſubſtituta exaratas ſubſcribatur. In Seminariis Epiſcopalibus archivium, ut ſuprà erigatur , & Inventarium ſcripturarum per publicum Notarium ab Epiſcopo , ſive Ordinario eligendum , qui non ſit Cancellarius Curiæ Epiſcopalis , conficiatur , coràm Vicario Generali , aùt alia perſona Eccleſiaſtica à prædictis Ordinariis ſubſtituenda, & coràm uno ex Deputatis Seminarii ad horum beneplacitum etiàm alternis vicibus , cum ſubſcriptione illius , qui eidem confectioni interfuerit , ut ſuprà.

5. *Catalogus, & inventarium Archivii Capitulorum Eccleſiarum Cathedralium , & Collegiatarum per Archiviſtam , ut inferiùs dicetur à Capitulo eligendum , conficiatur coràm duobus Canonicis antiquioribus , & peritioribus Cathedralis , & Collegiatæ , eo ordine, & ſubſcriptione , quàm ſuprà memoravimus. Inventarium tamèn , & Catalogus Archivii Eccleſiarum Cathedralium , & Collegiatarum , diſtincti ab Archivio Capituli , per hominem à proprio Epiſcopo , ſivè ordinarium deputatum coràm Vicario Generali , vèl perſona Eccleſiaſtica ab ipſis Ordinariis eligenda; necnon coràm Canonico antiquiore Eccleſiæ Cathedralis, vèl Collegiatæ, appoſitis ſubſcriptionibus eorundem conficiatur , ut ſuprà Inventaria , & Catalogi ſcripturarum, quæ in Archiviis Monaſteriorum, & locorum Regularium ſervantur eodem quem diximus ordine conficiantur per Archiviſtam Regularem ipſius Monaſterii, ſeù Conventus , ut inferiùs , eligendum, & coràm Abbate, vèl Superiore Monaſterii, & antiquiore ex Monachis, vèl Regularibus Monaſterii, vèl Conventus, qui quidem Abbas , vèl Superior, ſuam ſubſcriptionem apponere debeat.*

6. *In Monaſteriis Monialium , & in iis Domibus piis, quæ Conſervatoria nuncupantur , Inventarium , & Catalogus conficiatur, & conſcribatur, ut ſuprà per hominem ab Epiſcopo , ſivè Ordinario deputatum, coràm proprii Monaſterii Confeſſario , & Abbatiſſa , vèl Prioriſſa , ſivè Superiore, & Vicario.*

7. *In Eccleſiis Conventualibus, ſeù Receptitiis, Collegiis , & Seminariis ſeorsùm à Seminariis Epiſcopalibus, ut ſuprà memoratis in Convictibus, Congregationibus , Confraternitatibus, Hoſpitalibus, Montibus pietatis, aliiſque locis piis, ut ſuprà, Inventarium, & Catalogus coràm primo Officiali, & Camerario, cum eorum ſubſcriptione per Archiviſtam, ſi ibi erit, aliàs, per virum idoneum ab adminiſtratoribus eorundem locorum deputatum, conficietur.*

8. *Hu-*

8. *Hujuſmodi Inventaria, & Catalogi, ſic, ut diximus confecti duo exemplaria intèr sè prorſus ſimilia conficiantur, quorum unum in Archivo ipſo Epiſcopali ſervetur, alterum apud Prælatum Diœceſis, ut ſuprà antiquiorem Canonicum Cathedralis, vèl Collegiatæ, Abbatem, vèl Superiorem Monaſterij, aùt Conventus, Abbatiſſam, vel Prioriſſam, aùt Superiorem Monaſterii, Monialium, & Conſervatorii Rectorem, vèl primum officialem locorum priorum reſpectivè, ut ſuprà, ità tamèn, ut perfuncti ſuo munere, ſucceſſoribus illud tradant.*

9. *Eadem Archiva duabus clavibus, & ſeris intèr sè diverſis aperiantur, quarum una quoad Archiva Epiſcopalia, ſivè Ordinariorum à Prælato ſivè Ordinario ſervabitur, altera a Cancellario, ſeù Notario Curiæ Epiſcopalis vèl Ordinarii. Archivi autèm Seminariorum Epiſcopalium una clavis ab Epiſcopo, ſivè Ordinario, altera ab Archivi Præfecto, per Epiſcopum, ſivè Ordinarium eligendo, cum conſilio deputatorum eorumdem Seminariorum cuſtodiatur. Archivi Capituli Eccleſiæ Cathedralis, vèl Collegiatæ, unam Clavim ejuſdem Archivi Præfectus ſervabit, aliam Canonicus antiquior.*

10. *Vbi mos eſt, ut Beneficiati Eccleſiæ Cathedralis, vèl Collegiatæ Archivum habeant diſtinctum à Capitulari, de more unam ejus clavim retineat Beneficiatus antiquior, altera Beneficiatus Archivi Præfectus, ſivè Archiviſta ut inferiùs dicetur eligendus. Vbi verò Beneficiatorum Archivum, una cum Capitulari conjunctum haberi conſuevit ejus claves, juxtà eandem conſuetudinem retineantur; Si quæ ab uno ex Beneficiatis retineri conſuevit, ità pariter obſervetur. Si verò Beneficiati carent Archivo ſeparato, & diſtincto, nequè ſcripturas ad ſua jura pertinentes, in Archivo Capitulari conſervant, tùnc jubemus, atquè precipimus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Ordinarijs, ut Archivis, cum Armarijs ſeorſum erigendum curent modò ſuperiùs memorato. Quoad verò particulare Archivum ipſius Eccleſię Cathedralis, & Collegiatæ una ex ejus clavibus à Canonico ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis, vèl Collegiatæ per Epiſcopum, ſivè Ordinarium deputando, altera verò ab ipſo Epiſcopo ſivè Ordinario retineatur.*

11. *In Monaſterijs, ſivè Conventibus Regularium, una ex Clavibus Archivij à ſuo Superiore Conventus, altera ab Archiviſta retineatur.*

12. *In Monaſterijs Monialium, pijſque Domibus, quæ Conſervatoria appellantur, una ex clavibus per Abbatiſſam, vèl Priorem, aùt Superiorem localem, altera per Confeſſarium Monaſterij, aut Conſervatorij cuſtodiatur.*

13. *In alijs locis ſuprà memoratis unam archivi clavem Rector, vèl primus officialis cuſtodiat, alteram Archiviſta, ut inferiùs eligendus.*

14. *Quotannis Menſe Januario, inventario ſivè Catalogo ſcripturarum illæ ſcripturæ adjungantur, quæ anno præcedenti, confectę, vèl aliàs neglectę fuerint.*

25. *Epiſcopi, vel Ordinarij tempore viſitationis ex præſcripto Sac. Conc. Trid. faciendæ Archivum Epiſcopale, ſivè ordinarium omninò viſitent; Item viſitent Archivum Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, nimirum armaria, in quibus Jura Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ cuſtodiuntur,*

 & ſcri-

& ſcripturas, ac jura eadem recognoſcant, præſentibus duobus Canonicis antiquioribus, & peritioribus Capituli. Archivum Scripturarum, quæ ſtatum & Jura Capituli Cathedralis tantùm reſpiciunt paritèr viſitent exploraturi, utrùm Scripturæ ſint benè diſpoſitæ, ſecundùm inſtructionem huic Noſtræ Conſtitutioni adjungendam, idquè agant, una cum duobus Canonicis antiquioribus, nec tamèn poſſit Epiſcopus, ſivè Ordinarius rimari ſcripturas, quæ res ejuſdem Capituli reſpiciunt. Prætereà Epiſcopus, ſivè Ordinarius Archivum Beneficiatorum cum duobus ex eorum numero antiquioribus paritèr viſitet, diligentèr obſervaturus, utrùm hujus Noſtræ Conſtitutionis ordinationes adimpleantur. Ubi verò beneficiatorum Archivum cum Capitulari commune eſt, in ejus viſitatione ſibi adjungat duos beneficiatos, præter duos Canonicos antiquiores, ut illud paritèr, ut ſuprà, dictum eſt, viſitet.

16. *Epiſcopi, & Ordinarij, quoad Archiva Eccleſiarum, aliorumque locorum hoc ipſum agant ad tenorem hujus Noſtræ Conſtitutionis, quàm ubiquè obſervari curent, itá tamèn, ut in iis locis in quibus viſitationem jure ordinario peragere poſſunt, eodem jure ordinario archiva prædicta viſitent. In locis verò in quibus ijdem Epiſcopi, & Ordinarij jure delegato memorata Archiva explorare, & exequutionem eorum, quæ hac Noſtra Conſtitutione traduntur promovere poſſint, & debeant, in qua relatione ſua tempore viſitationis Sacrorum liminium facienda ſeparatìm referant ſtatum Archivorum. Prælati verò nullius ad viſitationem Sacrorum liminium non accedentes quolibet triennio evoluto doceant Congregationem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium interpretum Concilij Trid. de ſtatuta archivi deque obſervatione huius noſtræ Conſtitutionis, & Cardinalis Præfectus, ubi opus fuerit illam docere eos cogat.*

17. *Itidem Generales, Provinciales, & Viſitatores cujuſcumque Ordinis, & Inſtituti regularis, ut ſuprà in ſuis viſitationibus. quas facient in ſingulis Monaſteriis, & Conventibus Regularium, ac Monialium ſibi ſubjectarum peculialitèr querant, an ſinguli in hac noſtra conſtitutione comprehenſa adamuſsìm ſervata fuerint, ac ſerventur, pániſque in eadem contentis inobedientes ad obſervantiam, etiàm juris remediis compellant. Iidem Viſitatores, ſuis Superioribus in relatione viſitationis ſtatum archivorum in dictis Monaſteriis, & Conventibus viſitatis à ſe repertum referant, ſeqnè exequutioni hujus conſtitutionis ſedulò invigilaſſe omninò doceant prò qua exequutione, ubi neceſſitas tulerit, ſuperiorum authoritatem implorare non deſinant. Imò in Capitulis Provincialibus, & Generalibus Superiores Conventuum, & Monaſteriorum, ſeù Provinciarum de obſervantia hujus noſtræ Conſtitutionis quoà ad Archiva erigenda, & conſervanda in ſuis Monaſterijs, ſeù Conventibus rationem hujuſce rei exigant.*

18. *In ſingulis Capitulis Cathedralium, ſeù Collegiatarum, quotannis intèr cæteros Officiales Archiviſta ex corpore Capituli eligatur. Itèm paritèr de Monacho, ſeù Religioſo in Monaſteriis, ſeù Conventibus Regularium agatur, ubi cæteri officiales à conventualibus, ſivè à ſuperioribus eliguntur, qui facuta-*

cuta-

cultatem habeant eligendi officiales eorundem Monaſteriorum, ſivè Conventuum.

19. *In reliquis locis piis, ſivè Confraternitatibus ſuperiùs memoratis; ubi adeſt Collegium, intèr cæteros officiales ab eo eligi ſolitos omninò eligatur Archiviſta prò fideli cuſtodia dictorum reſpectivè Archiviorum. Vbi verò non eliguntur officiales ab Ordinario, vèl deeſt Collegium eos electurum, atque homo archiviſtæ muneris capax, tùnc Rector dicti loci pii cuſtodiat archivium vel aliquem virum probum, & fidelem, prò ejuſdem cuſtodia deputet.*

20. *Prælati, ſivè utriuſque ſexus ſuperiores, ſeù Eccleſiæ ſcripturas archivio inferendas, curent ſecundùm inſtructionem inferiùs recitandam.*

21. *Ordinarii, priuſquam Inventarium Archivi ſui concinnandum curaverint ſedulò inquirant chartas, ſcripturaſque uſurpatas, alio diſtractas, atquè diſperſas: Quod præſertim ſede vecante contingere ſolet, & quæcumquè neceſſaria rimedia adhibeant, ut eadem ſcripturæ Archivio reſtituantur, vèl ubi lateant manifeſtetur. Qui non ſunt Ordinarii, auxilium judiciarium præſtantibus agant prò ſcripturarum recuperatione, in quo archivium ſuum translatione.*

22 *Diſceſſurus, vel ad longum extrà Diœceſim abiens, Epiſcopus, Prælatus, ſivè Ordinarius, Inventarium ſcripturarum Archivio ſuo ſigillo obſignatum, teneatur omninò dare proprio Confeſſario, vel alicui ſuperiori Regulari ejuſdem Civitatis, cum ſyngrapha receptionis tradatur, juxtà memoratam Pii V. prædeceſſoris noſtri conſtitutionem. Superior autèm novo electo Epiſcopo, ſeù Ordinario, vel antiquo illuc redeunti, idem Inventarium tribuat, reſtituta Syngrapha receptionis ſuperiori. Si tamèn obitus jàm dicti Confeſſarii, vèl Superioris antè novi Epiſcopi, ſeù Ordinarii electionem, ſivè reditum ſupradictum evenerit, tunc Inventarium, & ſyngrapha memorata Confeſſarii eorum reſpectivè adhibita ſimili cautione tradantur, & executioni demandetur, quod ipſi morte præventi adimplere nequiverint.*

23. *Obeunte Prælato, Capitulum antequàm ad Vicarii Capitularis electionem deveniat, diligentèr inquirat, an Inventarium ſcripturarum archivij Epiſcopalis, quod penès ſè ſervare debeat, reperiatur, agnoſcatque an impleta fuerit prædicta noſtra diſpoſitio, quà traditio Inventarii proprio Confeſſario facienda, decernitur, ut Superiori Regulari tribuatur: Quod ſi Inventarium repertum fuerit Capitulum illud Superiori regulari ab eo tutè, & fidelitèr uſque ad novi Prælati electionem cuſtodiendum tradere. Si autèm idem Inventarium repertum minimè fuerit, nequè conſtiterit fuiſſe traditum, modo quo ſuprà; tunc debeant duo antiquiores Canonici archivij claues penès ſe ſuſcipere, idemque archivium coràm duobus teſtibus Presbyteris non Capitularibus, ſuis propriis ſigillis exteriùs munire; itaut clavibus minimè reſerari poſſit. Nec Capitulus, vèl Vicarius Capitularis ejuſdem Archivij ſigilla diſrumpere, aùt reſerare audeant, aùt poſſint, niſi priùs iidem duo Canonici antiquiores fractis ſigillis, & aperto archivio coràm duobus Presbyteris non Capitularibus, ſcripturas ipſas contulerint cum Inventario authentico, quod juxtà noſtram hanc*

dispo-

diſpoſitionem in eodem archivio ſervandum eſt. Si verò minimè repertum fuerit Inventarium in archivio jàm dicto, duo Canonici teneantur manu publici Notarii accuratè duplex Inventarium ſcripturarum archivii, ut ſuprà conficere, quorum unum in Archivio ſervetur, alterum Superiori regulari, ut ſuprà tradatur: Alias ſi hujus noſtræ conſtitutionis, & diſpoſitionis tranſgreſſores extiterint, & archivium reſercere præſumpſerint, præter pænas generales inferiùs imponendas, tàm Capitulum, quàm Vicarius Capitularis obſtricti ſint cuicumque detrimento, quod indè evenire contingerit parti, & fiſco ob ſcripturas ex Archivio ſubreptas, necnon aliis pænis arbitrio ſucceſſoris Epiſcopi, ſeù Ordinarii ſubjacent.

24. *Poſt obitum Epiſcopi, claves archivii apud dictos Canonicos à Capitulo deputandos remaneant; necnon Commiſſario Apoſtolico Sede vacante ullo pacto tradantur; ſed tantùm permittatur, ut ille una cum Canonicis deputatis in archivio, ſcripturam aliquam ſuæ Commiſſionis neceſſariam ſcrutari poſſit; indè tamèn nullam transferat cum novus Epiſcopus a Capitulo ſcripturarum ex Archivio Epiſcopali translatum, omniumque ad Eccleſiam, ſeù Menſam Epiſcopalem pertinentiam, rationem exigere debeat ex Conc. Trid. ſeſſ. XXIV. de refor.*

25. *Ex Archiviis non liceat efferre ſcripturas, ſinè Prælati, vel Superioris facultate illas exſcribendi eaſdemque poſt triduum in ſuum locum reſtituendi, ubi ſyngrapha receptionis triduano tempore reponatur: Hanc Syngrapham ſcripturas recipiens ſua manu in Codice ad hoc retinendo in eodem Archivio ſubſcribat; Ordinarii tamèn locorum reſervata facultate prorogationis temporis, quæ moderatè concedatur.*

26. *Ad proceſſus quoſcumque occaſione poſtulante facilè inveniendos, volumus ut Notarii, Tabelliones, & Actuarii unius menſis ſpatio ab expeditione cauſarum, Archiviſtæ eoſdem Proceſſus quoſcumque criminales, & civiles, & quamcumquè rem continentes, Eccleſiaſticam, vèl temporalem tradere teneantur per eum in Archivio reponendos, atquè ſervandos: quos paritèr Inventario ſcripturarum ſingulatim recenſebit, ſub pœna tranſgreſſoribus privationis officii, & futuram ad id obeundum inhabilitatis, prætèr alias pœnas in hac conſtitutione ſancitas: Ubi Archiviſtas, & ſcripturarum Cuſtodes mutari contingerit, hi ſucceſſoribus ſuis omnes ſcripturas per publicum documentum indè confectum, exhibeant, aliàs hi æquè, àc ſucceſſores de ſcripturis deficientibus, rationem reddant.*

27. *Deniquè, ut proſpiciatur conſervationi ſcripturarum ad Eccleſias, Parochias, Cappellanias, Altaria, loca pia, & cauſas quoquè pias pertinentium, quæ per collationem, vel nominationem, ſeù præſentationem Canonicam, vel quocumque alio modo reguntur, & adminiſtrantur per virum Eccleſiaſticum, vel ſecularem; non verò per Collegium, & propterea difficiliùs eſt Archivium, ſecundùm jàm dictam inſtructionem formatam conſtituere, volumus, ut Ordinarii in ſuis viſitationibus prò ſuo arbitrio, & prudentia eidem ſcripturarum conſervatori provideant, crectionem Archivii fieri mandantes, re-*

gu-

gulaſque præſcribentes, quas rei aptiores fore cognoverint ſubjectæ inſtructioni ſe conformare prò opportunitate curantes.

28. *Omnium, & ſingulorum hactenus expoſitorum executionem ſub præcepto Sanctæ obedientiæ, quibuſcumque ut ſuprà perſonis reſpectivè injungimus, aliiſque ſervari volumus, & mandamus; imò rurſus Patriarchis, Metropolitanis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque Ordinariis habentibus uſum Pontificalium, ſub pæna ſuſpenſionis ab eorum uſu arbitrio Summi Pontificis; Capitulis autèm Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum, ſub pæna interdicti, reliquis Eccleſiaſticis, ſecularibus in Sacris conſtitutis ſub pæna ſuſpenſionis à divinis; Regularibus utriuſque ſexus ſuſpenſionis ab officio, & privationis vocis activæ, & paſſivæ, ſæcularibus ſub pæna excommunicationis majoris: quarum cenſurarum, aùt penarum abſolutio, & relaxatio reſervetur Romano Pontifici.*

29. *Curent propterea univerſi Prælati ſupradicti, & Superiores Regulares omni diligentia qualibet hac noſtra Conſtitutione contenta undequaquè obſervari advertendum præjudicium grave, quod imminere poſſet Eccleſiis ex occultatione Jurium, pro quorum cuſtodia, & conſervatione ipſi prò viribus laborarè tenentur ex onere, aſſumpto in ipſo limine receptionis ſuæ Dignitatis, & muneris; proindequè inobedientes, nedum Juris remedijs ad obſervantiam eorum, quæ hac Conſtitutione muneri ſuo vulgantur cogere poſſint, ſed debbitis pœnis in eos, qui muneri ſuo deerint animadvertere non omittant.*

IV. Exequantur ergò, ii quorum intereſt adamuſsìm, quæ continentur in dicta Conſtitutione, & præſertìm, quæ archivii conſtructionem, ejuſque cuſtodiam, ſcripturarum Catalogum, vèl earum extractionem, & Archivarii officium concernunt, proùt aliàs noſtro circulari edicto mandavimus, & ſi ſecùs elapſo termino aliorum ſex menſium, procedetur ad pænas in eo comminatas, & ad alias noſtro arbitrio reſervatas, & de prædictis, præſertìm iidem rationem erunt reddituri coràm nobis ad formam ejuſdem conſtitutionis, tempore Sanctæ Viſitationis.

V. Ad occurrendum autèm fraudibus, quæ in præjudicium publici, & privatorum committuntur in Archivio, & Cancellaria Epiſcopali, hæc Noſtra Sancta Synodus, ac ſua perpetua Sanctione, ipſo jure ipſoque facto gladio excommunicationis nobis reſervatæ jugulat proceſſus, ſcripturas acta, & documenta quæcumque, ad dictum Archivium, & Epiſcopalem Curiam ſpectantes violantes ſubtrahentes comburentes ſupprimentes, & ſimilia fieri mandantes, aut auxilium, conſilium, vel favorem præſtantes: Et inſupèr volumus, ut iidem ſubjaceant aliis pænis conſtitutis contrà prædictos per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum *Benedictum PP. XIII.* in ſua ſpeciali Conſtitutione, quam hic de verbo ad verbum tranſcribi curavimus proùt ſequitur.

VI. *Quicumque tandem Proceſſus, Scripturas, & documênta hujuſmodi violaverit, ſubtraxerit, combuſſerit, ſuppreſſerit, ſeù ſimilia fieri mandaverit, aùt auxilium, conſilium, vel favorem præſtiterit, omni ſit dignitate,*

offi-

officio , & beneficio privatus , & ad futura obtinenda inhabilis eō ipſo :

Iſtruzione per le Scritture da riporſi negli Archivij.

I.

Le ſcritture da riporſi , e conſervarſi in tutti gli Archivij , tanto de Veſcovi , e di altri Ordinarij, quanto de'Capitoli delle Chieſe Cathedrali, Collegiate , e Receitizie, de' Collegij , Seminarij, Convitti, Congregazioni, Confraternità , Spedali , Monaſterij de Regolari, dell'uno , e l'altro ſeſſo , e di altri luoghi pij.

1. *Le fundazioni de Veſcovadi delle Chieſe , Monaſterij , ed'altri luoghi accennati reſpettivamente, le quali ſi trovano , ò ſi poſſino ritrovare originalmente, ò in autentica .*

2. *I privilegij, e le conceſſioni originali , ò copie publiche intorno allo ſpirituale , ò al temporale per Indulto de Sommi Pontefici , ò de Prencipi Secolari .*

3. *Gli Strumenti, Teſtamenti, Codicilli, Donazioni , enfiteuſi , locazioni , tranſazzioni , contratti, e i mandati di Procura fatti per li negozij nella Curia de' Veſcovi , ò altrove , che riguardano i ſudetti luoghi , e cauſe pie , menſe, beni, rendite , ragioni , ed azzioni reſpettivamente .* Di tali atti ſi conſervano ſempre negli Archivij gli originali, ò le Copie autentiche.

4. *Si conſervi pure un libro chiamato Platea di tutti i beni ſtabili , rendite, ragioni , & azzioni delle Chieſe , e de luoghi , e cauſe pie , nel quale ſi facci diſcrizzione diſtinta, circa l'acquiſto , tempo , Notaro , Confini , e piante , de medemi ſtabili , con ogn' altra particolarità , e circoſtanze , per le più chiare notizie . Così ancora nel detto Archivio doveranno riporſi, e ſerbarſi le Platee antiche , ed'altri libri, che riguardano i beni , e le rendite , ragioni , ed'azzioni delle medeſime Chieſe , luoghi , e cauſe pie ſodette , reſpettivamente .*

5. *Similmente un'altro libro , nel quale ſiano regiſtrate le notizie delle Fondazioni , Conceſſioni , Privilegij , e prerogative delle Chieſe , luoghi , e cauſe pie ſodette reſpettivamente.*

6. *L'inventario de mobili , utenſili , drappi , biancarie, e di tutte le altre coſe , tanto Sagre, quanto profane , che ſpettano alle dette chieſe, luoghi, e cauſe pie reſpettivamente . Queſto inventario dovrà rinovarſi ogni dieci anni, con aggiungervi , e levare tuttociò che ſarà conſumato , e di nuovo acquiſtato , e proveduto .*

7. *Le autentiche , e nota di tutte le Indulgenze concedute, e delle Sante Reliquie , che vi ſi conſervano .*

8. *Le copie di ſentenze , & atti giudiziali , le notizie delle cauſe , controverſie, e liti , che ſono ſtate in qualſiſia Tribunale Eccleſiaſtico , ò Secolare , circa la dignità , giuriſdizzione , e beni , rendite , ragioni , ed'azzioni*

delle

Digitized by Google

delle Chieſe, luoghi, e cauſe pie, e loro menſe reſpettivamente.

I I.

Scritture particolari da riporſi, e conſervaſi in tutti gli Archivii de' Veſcovi, e degli altri Ordinarii Nullius, e che hanno giuriſdizione quaſi Epiſcopale, oltrè alle ſopradette al §. 1.

1. *Tutte le Viſite, e Decreti di eſſe, intorno à tutte le Chieſe, e luoghi viſitati dall' Ordinario.*
2. *Le copie di tutte le relazioni, che l' Ordinario aurà fatte alla Sagra Congregazione del Concilio nella viſita de Sagri limini.*
3. *Tutte le delegazioni, ò aſſoluzioni, ed atteſtazioni, che aveſſe ricevuto il Veſcovo dalla ſudetta Congregazione del Concilio, circa la viſita de ſagri limini.*
4. *Tutte le riſpoſte della medeſima Congregazione alle relazioni fatte dal Veſcovo.*
5. *Le ſcritture, che riguardano le materie della Santa Inquiſizione, à S. Offizio, ſi ritengono in uno armario dell' Archivio à parte, ſerrato con chiave particolare, e con la ſopraſcritta,* Scritture del S. Officio, *e la chiave del medeſimo armario ſi ritenga dal Veſcovo, ſivè Ordinario del luogo, il quale abbia dal medeſimo il ſegreto del S. Offizio, ed occorrendo di riconoſcere qualche ſcrittura in detto armario, ſi debba fare da detto Ordinario, ò dal ſuo deputato, come ſopra.*
6. *Tutte le ſcritture, ò atti intorno alla Beatificazione, ò Canonizzazioni, e circa il culto, ò non culto de' Servi di Dio, ſecondo la iſtruzione della Sagra Congregazione de' Riti.*
7. *Tutte le ſcritture dell' ordinazioni, ò collazione degli ordini, tanto maggiori, quanto minori à qualunque perſona.*
8. *Tutte le Scritture delle collazioni de' benefizii, de concorſi fatti, delle rinunzie, ò permutazioni ſeguite; e di tutti gli altri atti.*
9. *Le ſcritture della profeſſione della ſanta fede, che ſi fà dalle Dignità, Canonici, & altri, ſecondo il Concilio di Trento.*
10. *Tutte le Bolle, e gli ſtrumenti delle poſſeſſioni date a' Beneficiati di qualunque ordine, ò grado in qualunque modo.*
11. *Tutte le ſcritture dell approvazioni de' Confeſſori, e Curati, anche Regolari.*
12. *Il regiſtro delle patenti date di predicare nella quareſima, e nell' Avvento, e dell' altre licenze di predicare frà l' anno, tanto à Regolari, quanto à Eccleſiaſtici ſecolari.*
13. *Delle licenze date a' Parochi, ò Canonici, Preti, e Chierici di poter partire dalla Dioceſi con lettere teſtimoniali.*
14. *Delle dimiſorie, ò lettere teſtimoniali, e commendatizie.*
15. *Delle licenze date per andare à parlare, ò entrare ne' Monaſterii di Monache.*

Q 15 *Tut-*

16. *Tutte le ſcritture dell' eſplorazioni della volontà per le Novizie. Gli ſtrumenti delle Doti delle Monache, ſiccome delle licenze loro date di far profeſſione, e delle altre coſe attenenti alle Monache.*

17. *Tutti i Decreti, & interpoſizioni di autorità delle rinuncie, che faranno i Novizii, e le Novizie avanti la profeſſione.*

18. *I decreti interpoſti nelle cauſe di alienazione de' beni Eccleſiaſtici, con autorità ordinaria, ò Apoſtolica.*

19. *Tutti i precetti, e decreti di qualſivoglia maniera fatte à perſone Eccleſiaſtiche, ò ſecolari in cauſe ſpirituali, ò ſpettanti al foro Eccleſiaſtico.*

20. *Tutti gli Statuti, le regole, e le ordinazioni di qualunque Chieſa nelle Città, e Dioceſi.*

21. *Le ſcritture concernenti fondazioni di Chieſe, luoghi pii, altari, e gli ſtrumenti di tali fondazioni.*

22. *Le ſcritture delle Conſegrazioni delle medeſime Chieſe, degli altari, de' cimiterii, e delle campane col regiſtro in libro.*

23. *Le ſcritture ſopra la conceſſione delle Indulgenze, e circa l'eſecuzione data a' Brevi Apoſtolici, per le medeſime Indulgenze.*

24. *Le ſcritture dell' erezzione del fonte batteſimale, e delle fondazioni, unioni, e ſuppreſſioni delle Parochie, Beneficii, ò Cappellanie.*

25. *Tutte le Scritture ſpettanti a' Sagri Seminarii. Gli atti di tutti i Sinodi.*

26. *Le Scriptture concernenti la celebrazione de' matrimonii, delle diſpenſe, delle dinunzie matrimoniali, e gli atti delli ſtati liberi.*

27. *Le ſcritture concernenti materie di divorzio, ò di altre cauſe matrimoniali.*

28. *Le ſcritture concernenti l' eſecuzione delle diſpenze matrimoniali, & altre lettere Apoſtoliche.*

29. *Tutti i regiſtri delle bolle ordinarie, & Apoſtoliche dirizzate alla Corte de' Veſcovi.*

30. *Tutte le ſcritture monitoriali ad finem revelationis, egli atti di eſſe.*

31. *Le ſcritture dell' Inventarii, de' beni ſtabili, mobili, ſemoventiæ in forma, ſaltem genericæ, di tutte le Chieſe, e di tutti i luoghi pii della Città; e Dioceſi.*

32. *Tutti gli Editti fatti in qualunque modo, & in qualſiſia materia con il regiſtro di eſſi in un libro.*

33. *Tutti i proceſſi, ed atti civili, criminali, e miſti del foro de' Veſcovi.*

34. *Tutte le ſentenze fatte nelle ſodette cauſe, e le compoſizioni ſeguite con rei, & inquiſiti nella Corte de' Veſcovi.*

35. *Tutte le ſcritture delle multe, e pene, col regiſtro di eſſe in un libro.*

36. *Le ſcritture delle ſupplicazioni, ed aſſoluzioni.*

37. *Tutte le ſcritture rogate dal Notaro, ò ſia Cancelliere della Corte del Veſcovo, come Cancelliere di detta Corte.*

III.

Scritture particolari da riporſi, e conſervarſi in tutti gli Archivii; de' Capitoli, e delle Chieſe Cattedrali, e Collegiate, oltre alle ſopradette al §. 1.

1. *Gli ſtatuti particolari di detti Capitoli, e la conferma ottenuta dalla Santa Sede, ò dall' Ordinario. E per le Chieſe Collegiate lo ſtromento dell' erezzione Apoſtolica.*
2. *Libro di atti capitulari.*

IV.

Scritture particolari da riporſi, e conſervarſi nelle Chieſe Parochiali, oltre alle ſodette nel §. 1.

1. *L' erezzione in Parocchie.*
2. *I libri de' battezzati, e confermati, de' matrimonii, e de' morti: ne' quali ſi debbano fare da Parochi le diſcrizzioni fedelmente, e nel modo dovuto.*
3. *Gli ſtati dell' anime della Parocchia.*
4. *Il regiſtro della riſcoſſione dell' annuale decime, affinche appariſca ſempre la continuazione, ò mutazione.*

V.

Scritture particolari da riporſi, e conſervarſi in tutti gli Archivii de' Monaſterii, e Conventi Regolari, oltre alle ſodette nel §. 1.

1. *L' erezzione, e fondazione del Monaſtero, ò Convento, e la facoltà Apoſtolica ottenuta.*
2. *Il libro dove ſi regiſtri, il giorno, il meſe, e l' anno dell' ingreſſo de' Novizzi, e ſe fanno le Profeſſioni.*
3. *Il libro dove ſi notano le filiazioni, e transfiliazioni de' Regolari, Conventi, e Monaſteri; ne' quali ſi fanno le dette filiazioni, e traſfiliazioni.*

VI.

Scritture particolari da riporſi, e conſervarſi nell' Archivii delle Confraternite, oltre delle ſodette al §. 1.

1. *L' erezzione, ed approvazione delle Confraternite:*
2. *L' aggregazione ſe vi è fatta all' Arciconfraternite di Roma.*
3. *Gli ſtatuti particolari di eſſe Confraternite, e l' approvazione della Santa Sede, e dell' Ordinario ſe vi è.*
4. *Le Indulgenze ottenute da dette Confraternite.*
5. *Il libro delle Congregazioni, e riſoluzioni, che ſi prendono nelle medeſime.*
6. Le ſodette intitolazioni ſi notino in tutte queſte ſcritture nella

ſcanzia, e nella parte eſteriore delle medeme, per poterſi trovare con ogni preſtezza.

C A. P VIII.

Dè Officio Bibliothecariorum.

I. IN hæreditate bon. mem. Rmi Joſephi Catalani, Epiſcopi Prædeceſſoris noſtri repertus fuit, non adeò tenuis librorum numerus quem religiosè in quodam cubiculo intus hoc noſtrum Sacrum Seminarium conſervari invenimus ſub clavibus duorum Canonicorum, qui eligi ſolent per Nos, & Capitulum Noſtrum, quodque munùs proptereà non adeò redditur difficile: Curabunt tamèn Bibliothecarii eos fidelitèr, & diligentèr conſervari: Et volumina, quæ carie, aùt vetuſtate obſordeſcunt, ſumptibus quartolaniæ hujus noſtræ Eccleſiæ poliantur: diſſoluta, vel malè compacta conclutinentur: ab operculo nuda, aſſerculis, coriovè tegantur: & quovis alio modo conſumpta reconcinentur, & ad perpetuitatem novis, & recentibus tegumentis inſtaurentur.

II. Mandantes, ut debita cum humanitate Bibliothecarii tractent eos, qui iiſdem uti volunt: Uſum tamen eorum interdicimus omninò, extrà bibliothecam: & iidem advertant, ne illos aliò aſportari permittant: & ſi quem ex ipſis deperdi contingat, de proprio conſimilem, & in ſpecie deperditum librum ſubſtituere, & de eo bibliothecam reintegrare teneantur.

C A P. IX.

Dè Hebdomadariis Eccleſiæ Cathedralis Larinen. eorumque officio.

I. MIniſtrorum multiplicatio, quantùm in Eccleſia ad Divini cultus augumentum conferat, & quantùm ex eorum tenui numero illud diminuatur, neminem certè latet: Et animadvertentes, quod in hac noſtra Cathedrali in qua nonniſi duodecim tantùm Capitulares, Dignitates, inter & Canonicos, qui hoc noſtrum dumtaxàt componunt Capitulum perpetuò ſervitio Chori addicti vix explere, & ea qua decet majeſtate, & Eccleſiaſtico decore, Sacras functiones peragere poſſint: ex quo hoc noſtrum ſuſcepimus Apoſtolicum miniſterium, ſerio noſtro res volvimus animo, media recogitando quibus huic tenui Eccleſiaſticorum numero conſultum fieret, iiſque ſufficientèr repertis prò divinis officiis, atque chori, & hujus noſtræ Sanctæ Eccleſiæ ſervitio, ultrà Dignitates & Canonicatus, octo etiàm inſtituimus Hebdomadariatus: Duos nempe primos, cum cura animarum, quàm in hac noſtra eodem Cathedrali Eccleſia, per loca tamèn, & confinia diſtincta exercent, unum ſcilicèt

ſub

ſub nomine Parochi ſub titulo Sancti Pardi Epiſcopi Patroni principalis hujus Civitatis, ejuſque Diæceſis, alterum verò ſub nomine Parochi, ſub titulo Sanctæ Mariæ Pietatis: Sexquè alios Presbyteros: Et quatenùs opus eos de novo erigimus, & inſtituimus, cum omnibus juribus, privilegijs; prerogativis, & inſignijs, quibus conſimiles Hebdomadarij de jure, vel de conſuetudine in alijs Eccleſijs Cathedralibus gaudent, & potiuntur, proùt ipſos eis gaudere, & potiri volumus, & mandamus: cum onere tamèn inſerviendi in hac eadem noſtra Eccleſia, omnibus diebus Dominicis, & feſtivis de præcepto, vel quibus Nos, & Succeſſores noſtri, quavis de cauſa Pontificalia quocumque tempore exercere voluerimus, aliiſque communibus functionibus, publiciſque, & ſolemnibus actionibus, ſupplicationibus, & proceſſionibus: alijs verò diebus ferialibus alternatim, quatuor ſcilicet per hebdomadam: Et hac de rè, quæ ſuprà ſtatuimus *part.3.cap.1.* ubi *de Divinis Officiis, & horis Canonicis*, atquè *de diſciplina in Choro ſervanda*, ab ipſis reſpectivè ſervari volumus, & mandamus.

II. Quos autèm duos primos hebdomadariatus, quibus, ut præfertur annexa eſt animarum cura, quam quiſquè ipſorum proprias oves per loca ſuis finibus, & confinibus diſtincta agnoſcendo in hac Noſtra Cathedrali Eccleſia exercet, conferri volumus per concurſum ad formam Sacrorum Canonum; & Sac. Conc.*Trid.ſeſſ.24.cap.18.* necnon Conſtitutionis S. Pij PP. V., quæ incipit, *Inconferendis*: ſex autem alij hebdomadariatus, liberè per Nos, & Succeſſores Noſtros perpetuis futuris temporibus, tamquàm ſimplices portiones, ſed nonniſi ijs, qui quocumque vacaverint tempore in Cantu Gregoriano in concurſu coràm Nobis inſtituendo peritiores reperti fuerint, conferantur, & cæteris paribus, eos præferri volumus, qui alios ætate, vita, & moribus præcedere comperiemus, Nobiſque magis in Domino prò ſervitio Eccleſiæ expedire videbitur.

III. Et licet hebdomadarij prædicti inſervire teneantur, proùt mandamus alternatim, quatuor ſcilicet per hebdomadam, ut ſuprà ſtatuimus, diſcedere tamen non audeant, Curia Noſtra inconſulta, ab hac Civitate, & per Diæceſim, non niſi ad paucos dumtaxat dies, aliàs multentur pæna ducatorum duodecim, proùt ſuprà ediximus hac *eod.part.5.cap.2.num.3.*, ubi de Canonicorum reſidentia: & ſi quis ultrà ſex menſes abfuerit, ipſum hebdomadariatu, ipſo jure, ipſoque facto privatum eſſe cenſeatur, & abſquè alia declaratione Nobis, & Succeſſoribus noſtris liberum ſit eos de novo providere, eo quo præfertur modo, quo ad ſex ultimos hebdomadarios, non Parochos: quo verò ad hebdomadarios Parochos ſi mercenariorum more ſuas proprias oves, quis eorum deſerere auſus fuerit, contrà ipſum abſentem procedi volumus, proùt ſtatuitur in ſubſequenti *cap.11.eod.part.5.*, ubi de Parochis *nu.5.*

IV. Taxam verò punctaturarum eam ab eiſdem ſervari volumus, quam

quàm prò Canonicis, & Dignitatibus ſtatutam legimus, cum quibus punctaturas communes facimus, itaut intèr eſſentes Canonici, & Dignitates participent de punctaturis hebdomadariorum abſentium, & hebdomadarij præſentes participent proportionabilitèr de punctaturis Canonicorum abſentium, proùt conſultum fuit in concluſione Capituli coràm Nobis habita 14. *Aprilis Superioris anni* 1727.

V. Ut autèm Eccleſia, numquàm ſuo debito defraudetur ſervitio, quod in præſenti inſtitutione præoculis unicè habuimus, Nobis, & Succeſſoribus Noſtris in perpetuum liberum facimus in abſentia hebdomadariorum, quemcumque alium Presbyterum ſubſtituere, qui abſentis hebdomadarij, cum omnibus fructibus, juribus, & redditibus ſuis, nullis prorſus favore ipſius reſervatis, vices, & partes integrè ſuppleat.

CAPUT X.

De Capitulis Diœceſanis
U *B I*
De Eccleſiis Receptitijs,
E T
De earum Portionariorum numero.

I. IN locorum principalium hujus noſtræ Diœceſis Matricibus Eccleſijs, quas Receptitias appellant, cura animarum quæ habitu eſt penès Clerum, per ſolitum concurſum confertur in titulum, & eam, qui conſequitur ſub nomine Archipresbyteri excercet, quem omnes alij ad certum, & determinatum de Clero coadjuvare tenentur, tamquàm participantes de maſſa communi, de diſtributionibus quotidianis, de decimis, & oblationibus omnibus, aliiſque emolumentis, quæ cum Archipresbyteris intèr ipſos æqualitèr diſtribuuntur, quam in aliquibus dumtaxàt, non autem in omnibus Eccleſiis honorantia, quàm appellant in certis modiis frumenti, & ordei, quæ antè partem ipſis aſſignantur conſiſtente, & ſolitis Stolæ incertis emolumentis tantùm exceptis: Undè hujuſmodi Eccleſiaſtici de eiſdem participantes portionarij, & de numero participantium nuncupantur, qui de præſenti in eiſdem Eccleſiis ex Conſtitutionibus Synodalibus Reverendiſſimi Joſephi Catalani Prædeceſſoris Noſtri Epiſcopi *tit*.34.*cap*.2. legitur diſtributus proùt ſequitur v3.

✠ SERRÆ CAPRIOLÆ.

In Eccleſia Archipresbyterali Sancti Mercurii: *Rev. Archipresbyter: Septem Sacerdotes: Unus Diaconus: Et duo Subdiaconi,*

In Eccleſia Archipresbyterali Sanctæ Mariæ in Sylvis: *Rev. Arcripresbyter: Septem Sacerdotes: Unus Diaconus: Duo Subdiaconi.*

SAN-

SANCTI MARTINI.

In Eccleſia Archipresbyterali Sancti Petri, ſuppreſſis omnibus aliis Eccleſiis Parocchialibus, & eidem jam diu unitis: *Rev. Archipresbyter: Sex Sacerdotes: Duo* Diaconi; *Unus Subdiaconus.*

CASACALENDÆ.

In Eccleſia Archipresbyterali Sanctæ Mariæ Majoris: *Rev. Archipresbyter: Sex Sacerdotes: Unus Diaconus: Et duo Subdiaconi.*

PROVIDENTI.

In Eccleſia Archipresbyterali Sanctæ Mariæ Aſſumptionis: *Rev. Archipresbyter: Duo Sacerdotes: Unus Diaconus: Et duo Subdiaconi.*

MORRONI.

In Eccleſia Archipresbyterali Sanctæ Mariæ Majoris: *Rev. Archipresbyter; quatuor Sacerdotes: Unus Diaconus: Et duo Subdiaconi.*

RIPÆ BRUTUNORUM.

In Eccleſia Archipresbyterali Sanctæ Mariæ Majoris: *Rev. Archipresbyter: Tres Sacerdotes: Unus Diaconus: Et duo Subdiaconi.*

BONEFRI.

In Eccleſia Archipresbyterali Sanctæ Mariæ Roſarum: *Rev. Archipresbyter: Tres Sacerdotes: Unus Diaconus: Et duo Subdiaconi.*

SANCTI JULIANI.

In Eccleſia Archipresbyterali Sancti Juliani: *Rev. Archipresbyter: Duo Sacerdotes: Unus Diaconus; Et duo Subdiaconi.*

COLLISTORTI.

In Eccleſia Archipresbyterali Sancti Joannis Baptiſtæ: *Rev. Archipresbyter: Duo Sacerdotes: Unus Diaconus: Et duo Subdiaconi.*

ROTELLI.

In Eccleſia Archipresbiterali Sanctæ Mariæ Angelorum: *Rev. Archipresbyter: Tres Sacerdotes: Unus Diaconus: Et duo Subdiaconi.*

MONTIS LONGI.

In Eccleſia Archipresbyterali Sanctæ Mariæ ad Nives: *Rev. Archipresbyter tantùm.*

MONTORIJ.

In Eccleſia Archipresbyterali Sanctæ Mariæ Aſſumptionis: *Rev. Ar-*

chi-

chipresbyter : *Duo Sacerdotes* : *Vnus Diaconus* ; *Et duo Subdiaconi* .

✝ SANCTÆ CRUCIS.

II. In Eccleſia Archipresbyterali ſub titulo Sancti Antonij , nupèr per Nos erecta vigore Bullarum ſub die *29. Octobris ſuperioris anni 1727.*, cum ſequenti determinato numero , ut ex eiſdem Bullis, & antè acto publico Inſtrumento , hac de re , & prò compoſitione decimarum ad Noſtram menſam ſpectantium edito cum magnifica Univerſitate , aliiſque ſub eodem die manu Franciſci de Joannellis Notarij publici de Petracatella , Incolæ in Oppido Montorij , puta *Rev. Archipresbyter* : *Vnus Diaconus* : *Et quatuor Presbyteri* .

III. Qui autèm prædictarum Eccleſiarum Matricium Portionarum, & Participantium numerus , per Epiſcopos Noſtros Prædeceſſores , prò ſuprema authoritate , ipſis , in Conſtitutionibus Synodalibus reſervata , augeri , & minui , proùt redditur earum portionum augeri , & minui contigit , ſolitum fuit : Hinc proindè conſiderantes Nos , quod redditus portionum Eccleſiæ Matricis Oppidi del Rotello ad ducatos annuos centum prò qualibet , ut ex informatione per Nos deſupèr capta , & cùm eiſdem benedicente Domino , etiàm & Populus in eòdem Oppido excreverint , utque , ibidèm ex Miniſtrorum multiplicitate augeatur quoquè cultus divinus , augeri volumus propterea , & Participantium numerum , alio loco, abſquè obtinentium præjudicio aucto, itaùt in poſterum loca in dicto Oppido del Rotello erunt : *Rev. Archipresbyter* : *Quatuor Sacerdotes* : *Unus Diaconus* : *Et duo Subdiaconi* .

IV. Quà de rè primùm in dicta Eccleſia del Rotello vacaturum integrum locum volumus occupari per duos Presbyteros , qui unum tantùm, quoad redditus , repræſentent integrum locum , & unam integram portionem dumtaxat: & adveniente alia vacantia , alius provideatur presbyter : & hi tres Portionarij gaudeant fructibus , & redditibus primæ , & ſecundæ portionis , qui intèr ipſos , æquis portionibus , dividantur : & tertia data vacantia, provideatur , quartus locus : & omnes redditus dictarum trium portionum in quatuor partes dividantur intèr dictos quatuor Presbyteros : ſicque in alia vacantia , uſque donec quinque fuerint integra loca , ultrà eum quem occupat Archipresbyter, quatuor nempè, prò quatuor Sacerdotibus , & unum qui dividatur intèr unum Diaconum , & duos Subdiaconos , & ita perpetuis futuris temporibus ſervetur, niſi aliàs Nobis , & Succeſſoribus Noſtris conſultiùs videatur .

V. Ad hoc autem , ut Portionarij dictarum Matricium Eccleſiarum, rectè eorum Partes adimplere poſſint , coadjuvando præſertim Archipresbyteros locorum reſpectivè in cura animarum , cujus intuitu fuerunt admiſſi , proùt admittantur ad dictam participationem , Prædeceſſores Noſtri Epiſcopi , & præſertim bon. mem. Joſephus Catalani in ſuis conſtitutionibus Synodalibus , nonnulla voluit ſervari requiſita ab iis , qui

ad

ad dictam participationem admitti volunt, prout in ſua Conſtitutione Synodali, *tit.34.cap.2.§.2.*, quàm hic de verbo ad verbum tranſcribi, & ſervari decernimus tenoris ſequentis vʒ.

VI. *Nè autem Eccleſiaſtica diſciplina, ignorantia Sacerdotum, dira peſte afflicta in deterius progrediatur, neminem in poſterum aggregari decernimus, niſi tria habuerit requiſita: Primum de triennali ſervitio in Sacris Eccleſia præſtito: Secundum de frequentia caſuum conſcientia: Tertium deniquè dè cantus Gregoriani profeſſione: Quorum primum per totius Cleri atteſtationem: Et ſecundum, per Congregationis prædictæ Præfectum probari volumus: Tertium verò, per examen peragendum à cantus magiſtro: Quod ſi plures cum antedictis requiſitis ad eundem locum concurrerint, eum eſſe præferendum, & ad locum aggregandum ſtatuimus, quem ætate, vita probitate, ac ſcientia cæteris digniorem in Domino exiſtimabimus.*

VII. Cùm autem hujuſmodi Eccleſiæ, quàs receptitias appellant, earumque Cleri vulgò etiam *Capitula* nuncupantur, & quæ ad formam Collegiatarum regulantur, ſuos habeant diſtinctos officiales: Mandat propterea hæc noſtra Sancta Synodus, ut quæ ſupra hac *ead.part.5.cap.3.* ſtatuimus de convocatione, & celebratione Capituli, ac de officialium electione, bonorum, fructuum, & reddituum adminiſtratione, eorumque diviſione, & diſtributione aliiſque ſparſim prò ejus bono regimine h.e. *ead.part 5.cap.2.* emanatis conſtitutionibus, congrua congruis referendo, adamuſsim ſerventur, etiàm in eiſdem Capitulis Diæceſanis: in quibus volumus, ut non quo, ut ſervantur in hac noſtra Cathedrali, ſed unus tantùm ſit Procurator, ſeù Partitor, necnon Punctator, & alii ſoliti officiales, qui eligantur die octava Maii quolibet anno in qualibet ex prædictis Eccleſiis; Et quæ paritèr diſponuntur de officio Procuratorum, ſeù Partitorum Capituli, de quò hac *part.5.cap.5*, necnon de officio Punctatoris Capituli, de quò hac *ead.ſuprad.part.5.cap.6.* ac de aliis officialibus ejuſdem noſtri Capituli, de quibus ſparſim hac *ead.par.5.*, ſimilitèr congrua congruis referendo, decreta, & ſancita ſint, & eſſe intelligantur prò Capitulis Diæceſanis, & Eccleſiis Receptitiis, quas ut ſupra appellant, ac quæ ad eorum Officialium electionem, exercitium, & juramentum, præſertim, quod præſtare tenentur in manibus noſtrorum Miniſtrorum, & in eorum defectu, Archipresbyterorum locorum reſpectivè, antequàm eorum muneri ſe accingant, pertinere, ſancitum fuit, prò officialibus dictarum Eccleſiarum matricium, decreta quoque, & ſancita intelligantur.

VIII. Taxàm, verò punctaturarum in dictis Eccleſiis, eam ſervari volumus, quæ hactenus probata, ſervata fuit: & ſi fortè in aliquibus earum, non habeatur infrà menſem præciſè, & peremptoriè per Archipresbyteros locorum de conſilio, & conſenſu aliorum Portionariorum, & Participantium conſtituatur omninò, moderata tamen, & diſcreta, ità quod ob punctaturæ exiguitatem in eiſdem, cultus divinus non negligatur: Et volumus, ut in feſtis primæ claſſis duplicetur punctatura:

Digitized by Google

Et quoad earumdem punctaturarum diſtributionem, & multarum applicationem, quibus puniri volumus errantes in Choro, aut alia committentes, prout ſuprà ſtatutum fuit *hac ead. part.5. cap.6.*, quæ ibidem prò hac noſtra Cathedrali ediximus, in ſupradictis Eccleſiis Receptitiis, congrua congruis referendo ſervari volumus, & mandamus.

IX. Non diſcedant Portionarii, ſeù participantes ab eorum Eccleſia, inconſulta noſtra Curia, & per Diæceſim, nonniſi ad paucos dies, ſub pæna ducatorum duodecim, & ſi per longum tempus ipſos diſceſſiſſe comperietur, contrà eoſdem procedetur, ut ſuprà ſtatutum fuit *hac ead.part.5.cap.9.num.3.*

X. Communitates Eccleſiaſticę, & Capitula, etiàm Diæceſana, velut corpora membris compacta, ſuis legibus vivere, ſuiſque regulis nutriri, & conſervari oportet; Mandat proptereà hæc noſtra Sancta Synodus, ut Cleri, ſeù Communitates Eccleſiaſticorum, ſeù Capitula Diœceſana dictarum Eccleſiarum, quas Receptitias appellant, antiqua, ſi qua habent ſtatuta, & conſtitutiones depromant, & ubi, non adſint, & infrà ſex menſes, poſt impreſſionem hujus noſtræ Sanctæ Synodi, ſub Eccleſiaſtici interdicti pæna conficiant omninò, per nos, quibus ea, ſivè antiqua; ſivè nova ſint, præſentare teneantur, accuratè examinanda, & corrigenda, ut tandèm noſtra authoritate fulciantur.

XI. Methodus autèm prò ſtatutis capitularibus formandis erit, ut diſtinctè exprimantur, quæ ipſarum ſint Eccleſiarum, & Capitulorum origines, fundationes, inſignia, jura, conſuetudines, additus, onera, & munera: & id fiat ſuper capitibus diſtinctis: & nihil in eis ſit, quod a juris diſpoſitione exorbitet, & congregationum decretis, aùt ab uſu recepto, & approbato, ſed illa appoſitè ſtatuantur, quę prò opportunitate, & neceſſitate temporum, rerum, locorum, ac divini cultus, augumentum, ſanctioris diſciplinæ obſervantiam, & Eccleſiarum utilitatem ſtatuenda judicaverint.

C A P. XI.

De Archipresbyteris & Parochis.

I. CUra (a) quippè animarum eſt ars artium: & certè nihil difficilius, nihil laborioſius, nihil pericoloſius, quàm animas gubernare; Uni enim Angelo traditur una anima cuſtodienda, & Parocho quamplures, qui tenetur eas ad ſalutis æternæ portum dirigere, ni velit animam prò anima dare: opus eſt ergo, ut ſi alios Sanctos efficere debeat, antè omnia curet, ut ipſe ſit Sanctus, quinimò & aliis ſanctior.

II. Quamplura, ad quę Parochus, de jure tenetur, ſparſim in pręſentibus noſtris ſynodalibus ſanctionibus ediximus: attente igitur eas paſſim perlegat,

(a) *S.Gregor.1.p.cap.14.*

gat, & per quam exactè exequatur, alioquin pęnas in eiſdem ſtatutas ſubiturus.

III. Et cum ſummoperè increpetur Parochum imperitia, etiàm voce ejuſdemmet veritatis, ubi per Prophetam dicitur: Ipſi *Paſtores ignoraverunt intelligentiam, & tenentes legem neſcierunt me*: Idcircò ſe exerceant Parochi in ſtudio eorum, quæ ſibi incumbunt, & præſertim caſuum conſcientiæ, ſed in doctrina ſana, & ad ea præſertim advertant, quæ hac de rè diximus ſuprà *part.2. cap.5. num.* 4., ne per ſuam ignorantiam, & oves ſibi commiſſæ, & ipſe Paſtor inſimul ſalutem periclitentur æternam.

IV. Nullus (*a*) ad Parochiæ ſibi commiſſæ, poſſeſſionem adipiſcendam admittatur, niſi ſpiritualibus exercitiis, per decem dies ſe ſe committat, ab omni rerum terrenarum aſpectu, & cogitatione prorſus ſegregatum; & ſedulò conferat in corde ſuo, qua ſolecitudine, qua charitate, populum ſibi concreditum dirigere oporteat: & inquiret, num eis, præditus ſit, requiſitis quibus factus, forma gregis, in judicio, & veritate illam gubernare, & paſcere valeat.

V. Numquàm mercenariorum more oves ſuas deſerat, ſed eas tamquàm bonus Paſtor agnoſcat, foveat, & diligentèr cuſtodiat: & ubi oportuerit animam ſuam prò eiſdem quoquè ponat: & idcircò caveant diſcedere ab eorum reſidentia, & per Diæceſim, non ultrà duos dies, & extrà eam numquàm inconſulta noſtra Curia, aliàs ſubjaceant pænis ſtatutis in Conſtitutionibus Synodalibus prædeceſſorum noſtrorum. (*b*) Et ubi per duos dies intrà tamen Dięceſim, eiſdem diſcedere contingat, id nec minus faciant, niſi priùs animarum curam approbato Confeſſario, ſub eadem pęna commendaverint.

VI. Cum præcepto Divino (*c*) mandatum ſit his, quibus animarum cura commiſſa eſt prò ovibus ſuis ſacrificium offerre, *ſæpè* cenſuit Sacra Congregatio Concilii, Parochos teneri prò ſuis Parochianis Sacrificium applicare, atquè ea, cum diſtinctione, ut ſi *redditus pingues ſint, ſingulis diebus, ſi verò tenues, ſaltem diebus feſtis*: Curent propterea Archipresbyteri, & Parochi hujus noſtræ Dięceſis, hoc onus ipſis de jure divino per quam ſtrictè injunctum, adimplere, atquè ea ſub diſtinctione, ut *ſi redditus pingues ſint, ſingulis diebus, ſi verò tenues, ſaltem diebus feſtis*, quacumque obſervantia in contrarium non obſtante, quam corruptelam declaramus, prout declaravit eadem Sacra Congregatio, ut in appendice ad hanc noſtram Sanctam Synodum. pag: 216.

VII. Habeat Parochus ſolitos quinque libros præſcriptos in Rituali Romano puta *librum Baptizatorum, librum Confirmatorum, librum Matrimoniorum, librum ſtatus animarum, & Defunctorum*: Et quiſque ſtudeat, ut

R 2 libri

(a) *Ex. V Concil. Prov S. Carol. par. 3. tit. de examinand. rat.* (b) *Synod. Catal. tit. 15. cap. 2.* (c) *Trid ſeſſ. 13. de refor. cap. 1. & S. C. pluries apud Monacell. tit. 2. for. 2. n. 4. in append ad tom. 1. in decr. de celebr. miſſ. n. 9. & tit. 15. for. n. 18.*

libri ſint benè compacti, & diſtincti, cum ſuis foliationibus: & caveant, nè in uno, eodemque libro, vel omnes alii quatuor, vèl eorum aliqui compræhendantur: & aliàs per alphabetum adnotentur matrimonia, Baptizati, defuncti, & animarum ſtatus, ſed ſubſequenter unum poſt aliud adminiſtratum Sacramentum, & ità quoad mortuos, & ad librum baptizatorum matrimoniorum, & confirmatorum, prout in dies occurrunt deſcribatur.

VIII. Advertant Parochi, ut dictis libris, tàm baptizatorum, & confirmatorum, quàm matrimoniorum, & defunctorum, nomina, & cognomina deſcribantur, bono, & legibili caractere, cum data temporis per extenſum, non autèm notis aritmethicis ſecundùm formulas præſcriptas in Rituali Romano: quam etiàm ſervabunt, quo ad ſtatum animarum, quem formabunt quolibet anno, initio Sacratiſſimæ Quatrageſimæ: & ſub pæna ſuſpenſionis, ſtatim ac fuerint collatus Baptiſmus, & contractum matrimonium, & antequam baptizatus, & ſponſi ab Eccleſia diſcedant, vel ſaltèm eodem die accuratè in libro baptizatorum peractum baptiſmum, & in libro matrimoniorum contractum matrimonium fidelitèr deſcribant, & adnotent: & hoc idem faciant, quoad Defunctos, & confirmatos ipſos regiſtrando, & adnotando, ſecundùm dictas præſcriptas formulas in dictis libris mortuorum, et confirmatorum reſpectivè, ſaltèm eodem die, quò cadavera fuerint ſepulturæ tradita, et in eorum reſpectivè Eccleſiis adminiſtratum confirmationis Sacramentum.

IX. Copiam verò eorundem librorum, prout ſanctè, et religiosè hactenùs ſervatum fuit integram omninò ad noſtram Curiam tranſmittant, fidelitèr perpetuò cuſtodiendam in Archivio Epiſcopali, puta copiam libri baptizatorum, libri confirmatorum, libri matrimoniorum, et libri defunctorum, in fine cujuslibet anni ſtatus verò animarum poſt Paſcha Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ſub pæna ducatorum decem, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis.

X. Et ſub eiſdem ſupradictis pænis quiſque Parochorum ſimilitèr habet, prout quoquè de præſenti quam plures habent ſextum librum, quem appellant *ædictorum*, in quo fidelitèr regiſtrentur omnia ædicta, prout quoque decreta Sanctæ Viſitationis, & conſimiles proviſiones, quæ quoque modo ſtatum Eccleſiarum particularium, aùt totius Diæceſis reſpicere poſſunt, & per Nos, & Noſtram Curiam in dies relaxantur: cumque præmanibus habeant, & perlegant, & ſedulò invigilent, ut quæ in eis injunguntur debitæ executioni demandentur: quem una cum prædictis aliis quinque libris Parochialibus, tempore Sanctæ Viſitationis Nobis, vèl Conviſitatoribus Noſtris, præſentare non negligant.

XI. Si quis autèm, cujuſvis ſtatus, conditionis, & gradus exiſtat, temerè auſus fuerit aliquid in prædictis libris addere, vèl minuere, delere, aùt lacerare, aliquam partitam, ſivè paginam, excommunicationem ipſo facto incurrat.

XII. Pa-

XII. Parochi verò in hac noſtra Cathedrali habeant Claves, & quiſque ſuam, *Tabernaculi, Baptiſterij, Sacrorum Oleorum*, & Sacrarij: Archipresbyteri verò Diæceſani, cæterique animarum Curatores habeant quoque claves Sacrarum Reliquiarum, nèc illas ſub pænis graviſſimis noſtro arbitrio reſervatis, niſi in caſu veræ neceſſitatis alijs committant, Deo, & nobis ſtrictè rationem reddituri, ſi exindè aliquid mali evenire contingat.

XIII. Ut autèm omnis fraus penitùs tollatur, eo ipſo die quò Parochus poſſeſſionem capit ſuæ Parochiæ, Inventarium mobilium librorum, Sacrarum Suppellectilium, ſcripturarum, & ſimilium, ſub pæna ducatorum decem, pijs uſibus applicanda conficiant: & ad hunc effectum in Civitatem Cancellarium Epiſcopalem, & in alijs locis noſtræ Diæceſis Cancellarium Foraneum cum duobus teſtibus, quì de prædictis ſint benè informati adhibeant: & ejus originale ſubſcriptum propria manu ejuſdem Parochi, ac dictorum teſtium, & ſi(g)natum ſigno, & manu alicujus publici Notarij reponantur in Archivo ejuſdem Eccleſiæ, Copiam verò, ad Nos, traſmittant, conſervandam in Noſtro Archivio Epiſcopali.

XIV. Parochus proximior alium Parochum ægrotantem, crebrò viſitet: & ingraveſcente morbo, præſto eidem Sacramenta adminiſtret, illiuſque Parochiæ curam gerat, & cum ipſum morti proximum viderit, perlecto inventario, obſervet, an reperiantur omnes libri, ſcripturæ, Sacræ Suppellectiles, & ſi quæ defuerint, diſtinctè notet: de eiſdem, quæ fuerint adnotatæ, ſe aſſicuret: & Nos, certiores faciat, ut tàm ſuper adminiſtratione curæ, quàm ſupèr conſervatione prædictorum Suppellectilium providere valeamus, ſub pæna ducatorum decem, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis, & prædictis non obſtantibus Populum moneat de excommunicatione latæ ſententiæ, contrà amoventes, occupantes, aut quoquo modo ſurripientes ſcripturas cujuſcumque ſint generis ad Eccleſiam quomodocumque ſpectantes, aùt pertinentes, ut infrà melius dicemus *part.6.cap.1.nu.11.*

XV. Parochorum Sponſa eſt Eccleſia; Idcircò ipſorum cura eſt, ut ſempèr ſit ornata: curent igitur, ut reſulceat illius nitor, altàrium, & Sacram Suppellectilium; & ſi quas ex iſtis fecerint propriis ſumptibus, nec ipſi in vita, nec eorum hæredes in morte diſtrahere, ſeù occupare præſumant ſub pænis arbitrariis, etiàm excommunicationis in ſubſidium.

XVI. Abſtineant quantùm poſſunt à condendis teſtamentis, & in caſu neceſſitatis, ea ſi commode poſſit, conſcribant cum pluribus teſtibus ad omnem murmurandi occaſionem, & propriæ utilitatis ſuſpicionem tollendam, & intrà quindicim dies copiam authenticam ad noſtram Cancellariam tranſmittant.

XVII. Parochus, (a) ſivè per sè, ſivè per alium, dum Parochianorum

(a) *S.R.C.4.Iul.1620. S.Carol. in actis Eccl med.cap.5. in Inſtr. pro ædium bened. §. noverint.*

rum Domos Sabbato Sancto Paſchatis Reſurrectionis, aquæ benedictæ aſperſione luſtrabit, advertat, ne id præſter domibus meritricium, excommunicatorum, & concubinariorum: & cum hoc munus benedicendi domos tempore prædicto Parochorum ſit proprium; caveant propterea omnes alii Sacerdotes, tùm Seculares, tùm Regulares, nè illud ſub pænis noſtro arbitrio reſervatis ſibi contrà formam Sacrorum Canonum uſurpare audeant.

XVIII. Opportunis exhortationibus, & paterno affectu contentiones, & diffidia inter ſuos Parochianos exortas in neutram partem plus æquo declinans componere ſtudeat: & pænitus odia, atquè inimicitias, eorumque ſemina, & radices, & multò magis rixas, & contentiones intèr Sacerdotes, & Clericos, quæ in Populo ſcandala graviora gignere ſolent, evellere ſatagat.

XIX. Omni cura pietatem, & Dei cultum in Populis, aùt confirment, aùt promoveant Parochi, & laudabilem, atquè religioſam conſuetudinem recitandi cum cantu in Eccleſiis certis quibuſdam diebus Roſarium Beatæ Mariæ Virginis, uſu comprobent, atque ut hoc pium opus exerceatur, invigilent, & curent.

CAPUT XII.

De Sacro Seminario.

I. CUm, ut ait *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 23. de refor. cap.* 18. Adoleſcentium ætas, niſi rectè inſtituatur prona ſit ad Mundi voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, antequàm vitiorum habitus, totos homines poſſideat, numquàm perfectè, ac ſinè maximo, ac ſingulari propè modum Dei omnipotentis auxilio in diſciplina Eccleſiaſtica perſeveret: Hinc eadem Sacroſaucta Synodus ſtatuit, ut ſingulæ Cathedrales prò modo facultatum, & Diæceſis amplitudine certum Puerorum, ipſius Civitatis, & Diæceſis, ſi ibi non reperiantur numerum in Collegio ad hoc propè ipſas Eccleſias, vel in àlio loco convenienti ab Epiſcopo eligendo alere, & religioſè educare, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere teneantur.

II. Quod quidem animadvertentes Sanctiſſimi Anteceſſores Noſtri Epiſcopi, præſertim Perſius Caracci, Joſephus Catalani, & ultimo Carolus Maria Pianetti, omnes recol. mem., nullam intermiſerunt operam, quin hoc tàm pium, & neceſſarium opus ad effectum duceretur: undè, vel illud promovere, vel promotum, & ſtabilitum in meliorem ſtatum, & formam reducere, vel Præceptoribus cultu, redditibus, & ędibus eorum vigilantia augere, curarunt non minùs de bonis propriis Eccleſiæ, quàm pluriùm beneficiorum unione, ac taxa per *Sac. Conc. Trid.* demandata ſuper integris fructibus Menſę Epiſcopalis, aliiſque

re-

redditibus, decimis, tùm perſonalibus, tùm prædialibus, atquè mixtis, & minutis Eccleſiarum Matricium, & principalium totiùs Diæceſis, ad rationem quatuor prò quolibet centenario, certaque annua pecuniæ præſtatione, quæ fieri ſolet, à nonnullis piis, & Eccleſiaſticis locis abbatiis, & beneficiis ſimplicibus, juxtà taxam, & notulam, per Prædeceſſores Noſtros juris ordine ſervato factam, de quà in appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum, quàm Nos, quæ hucuſquè inviolabilitèr fuit ſervata, authoritate qua in his fungimur approbamus, & hæc Noſtra Sancta Synodus approbat, & ità approbatam inviolabilitèr quoque in poſterum ſervari volumus, & mandamus, ſalvis Juribus, eam augendi, uſquè ad rationem quinque prò quolibet centenario prò neceſſitate ejuſdem Seminarij, ad formam diſpoſitionis *S. C. T.*, & ultimæ Conſtitutionis Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti PP. XIII., quæ incipit, *Credita Nobis*, pro Seminariis, nupèr æditæ, & propriè ſub datum Romæ *ſeptimo idus Maij* 1725.

III. Cum autem omnia, quæ ad ipſius gubernium, tùm in ſpiritualibus, tùm in temporalibus, quàm quo ad bonorum ejus adminiſtrationem; & ea alia omnia hujus generis neceſſaria prò totali ſui bona directione per regulas à Prædeceſſoribus Noſtris traditas, ſatis ſuperque fuerint proviſa nè inutiliter hic eas repetamus ad ipſas Nos remittimus, quas nuper recognovimus, & modo hac præſenti Noſtra Sanctione approbamus, & confirmamus, & inviolatè obſervari mandamus, & quæ ſequuntur prò omnium quorum intereſt notitia dumtaxàt adnotamus.

IV. Non recipiantur itaquè, in hoc ſupradicto Noſtro Sacro Seminario, juxtà diſpoſitionem *Sac. Conc. Trid.* ſinè Noſtra inſcriptis obtenta licentia niſi ij, qui ad minus duodecim annis ex legitimo matrimonio nati ſint, ac legere & ſcribere competentèr noverimus, & quorum indoles & voluntas ſpem afferat eos Eccleſiaſticis Miniſteriis perpetuò inſervituros: & pauperum filios, ità ab unoquoque Clero, Nobis præſentari volumus in Alumnos, quibus jus competit nominandi tres ex Clericis, & in eorum defectu três Scholares juxtà numerum ſolitum in regulis ſupradictis deſignatum, ut à Nobis dignior deligatur, ut hactenus ſervatum fuit, ut ditiorum non excludamus, ſub numero tamen Convittorum, qui ſuo ſumptu alentur ad rationem ducatorum triginta ſemeſtratim anticipatè prò quolibet, quæ eſt ſolita taxà ejus Noſtri Sacri Seminarii ſolvendorum, & ſtudium præſeferant Deo, & Eccleſiæ inſerviendi.

V. Et pauperes qui ſub nomine Alumnorum recipiuntur, nec minùs admittantur per Rectorem, & Præceptorem, niſi præſtita idonea cautione de ſolvendo annua præſtatione ducatorum quatuor ſemeſtratim anticipatè, & de reficiendis damnis ipſius Seminarii, quatenus in Clericatu permanſuri non fuerint: Quod ſi per oblivionem, aùt malitiosè fuerit prætermiſſum, volumus ut habeatur prò præſtita, & in ſubſidium fi-

Alum-

rum Domos Sabbato Sancto Paſchatis Reſurrectionis, aquæ benedictæ aſperſione luſtrabit, advertat, ne id præſter domibus meretricium, excommunicatorum, & concubinariorum: & cum hoc munus benedicendi domos tempore prædicto Parochorum ſit proprium: caveant propterea omnes alii Sacerdotes, tùm Seculares, tùm Regulares, nè illud ſub pænis noſtro arbitrio reſervatis ſibi contrà formam Sacrorum Canonum uſurpare audeant.

XVIII. Opportunis exhortationibus, & paterno affectu contentiones, & diſſidia inter ſuos Parochianos exortas in neutram partem plus æquo declinans componere ſtudeat: & pænitus odia, atquè inimicitias, eorumque ſemina, & radices, & multò magis rixas, & contentiones intèr Sacerdotes, & Clericos, quæ in Populo ſcandala graviora gignere ſolent, evellere ſatagat.

XIX. Omni cura pietatem, & Dei cultum in Populis, aùt confirment, aùt promoveant Parochi, & laudabilem, atquè religioſam conſuetudinem recitandi cum cantu in Eccleſiis certis quibuſdam diebus Roſarium Beatæ Mariæ Virginis, uſu comprobent, atque ut hoc pium opus exerceatur, invigilent, & curent.

CAPUT XII.

De Sacro Seminario.

I. Cum, ut ait *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 23. de refor. cap. 18.* Adoleſcentium ætas, niſi rectè inſtituatur prona ſit ad Mundi voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, antequàm vitiorum habitus, totos homines poſſideat, numquàm perfectè, ac ſinè maximo, ac ſingulari propè modum Dei omnipotentis auxilio in diſciplina Eccleſiaſtica perſeveret: Hinc eadem Sacroſancta Synodus ſtatuit, ut ſingulæ Cathedrales prò modo facultatum, & Diæceſis amplitudine certum Puerorum, ipſius Civitatis, & Diæceſis, ſi ibi non reperiantur numerum in Collegio ad hoc propè ipſas Eccleſias, vel in àlio loco convenienti ab Epiſcopo eligendo alere, & religioſè educare, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere teneantur.

II. Quod quidem animadvertentes Sanctiſſimi Anteceſſores Noſtri Epiſcopi, præſertim Perſius Caracci, Joſephus Catalani, & ultimo Carolus Maria Pianetti, omnes recol. mem., nullam intermiſerunt operam, quin hoc tàm pium, & neceſſarium opus ad effectum duceretur: undè, vel illud promovere, vel promotum, & ſtabilitum in meliorem ſtatum, & formam reducere, vel Præceptoribus cultu, redditibus, & ędibus eorum vigilantia augere, curarunt non minùs de bonis propriis Eccleſiæ, quàm pluriùm beneficiorum unione, ac taxa per *Sac. Conc. Trid.* demandata ſuper integris fructibus Menſę Epiſcopalis, aliiſque

Google

redditibus, decimis, tùm perſonalibus, tùm prædialibus, atquè mixtis, & minutis Eccleſiarum Matricium, & principalium totius Diæceſis, ad rationem quatuor prò quolibet centenario, certaque annua pecuniæ præſtatione, quæ fieri ſolet, à nonnullis piis, & Eccleſiaſticis locis abbatiis, & beneficiis ſimplicibus, juxtà taxam, & notulam, per Prædeceſſores Noſtros juris ordine ſervato factam, de quà in appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum, quàm Nos, quæ hucuſquè inviolabilitèr fuit ſervata, authoritate qua in his fungimur approbamus, & hæc Noſtra Sancta Synodus approbat, & ità approbatam inviolabilitèr quoque in poſterum ſervari volumus, & mandamus, ſalvis Juribus, eam augendi, uſquè ad rationem quinque prò quolibet centenario prò neceſſitate ejuſdem Seminarij, ad formam diſpoſitionis *S. C. T.*, & ultimæ Conſtitutionis Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti PP. XIII., quæ incipit, *Credita Nobis*, pro Seminariis, nupèr æditæ, & propriè ſub datum Romæ *ſeptimo idus Maij* 1725.

III. Cum autem omnia, quæ ad ipſius gubernium, tùm in ſpiritualibus, tùm in temporalibus, quàm quo ad bonorum ejus adminiſtrationem; & ea alia omnia hujus generis neceſſaria prò totali ſui bona directione per regulas à Prædeceſſoribus Noſtris traditas, ſatis ſuperque fuerint proviſa nè inutilitèr hic eas repetamus ad ipſas Nos remittimus, quas nuper recognovimus, & modo hac præſenti Noſtra Sanctione approbamus, & confirmamus, & inviolatè obſervari mandamus, & quæ ſequuntur prò omnium quorum intereſt notitia dumtaxàt adnotamus.

IV. Non recipiantur itaquè, in hoc ſupradicto Noſtro Sacro Seminario, juxtà diſpoſitionem *Sac. Conc. Trid.* ſinè Noſtra inſcriptis obtenta licentia niſi ij, qui ad minus duodecim annis ex legitimo matrimonio nati ſint, ac legere & ſcribere competentèr noverimus, & quorum indoles & voluntas ſpem afferat eos Eccleſiaſticis Miniſteriis perpetuò inſervituros: & pauperum filios, ità ab unoquoque Clero, Nobis præſentari volumus in Alumnos, quibus jus competit nominandi tres ex Clericis, & in eorum defectu tres Scholares juxtà numerum ſolitum in regulis ſupradictis deſignatum, ut à Nobis dignior deligatur, ut hactenus ſervatum fuit, ut ditiorum non excludamus, ſub numero tamen Convittorum, qui ſuo ſumptu alentur ad rationem ducatorum triginta ſemeſtratim anticipatè prò quolibet, quæ eſt ſolita taxà ejus Noſtri Sacri Seminarii ſolvendorum, & ſtudium præſeferant Deo, & Eccleſiæ inſerviendi.

V. Et pauperes qui ſub nomine Alumnorum recipiuntur, nec minùs admittantur per Rectorem, & Præceptorem, niſi præſtita idonea cautione de ſolvendo annua præſtatione ducatorum quatuor ſemeſtratim anticipatè, & de reficiendis damnis ipſius Seminarii, quatenus in Clericatu permanſuri non fuerint: Quod ſi per oblivionem, aùt malitiosè fuerit prætermiſſum, volumus ut habeatur prò præſtita, & in ſubſidium fi-

Digitized by Google

Alumnus reperiatur, non ſolvendo ad prædicta damna reficienda, teneantur de proprio in ſolidum Rector, & Præceptor, qui prò tempore fuerint.

VI. Meminerint tamèn Seminariſtæ, cujus gratia *Sac.Conc.Trid.* Seminaria inſtituit, & id animo revolventes, ſedulò intendant, ut illud Divino auxilio ſuffragante ad animarum ſalutem, ad Eccleſiæ utilitatem, & ad Paſtorum ſolatium aſſequantur: Magiſtri autèm Seminarij, hęc ipſis continuo inſtillent, & non minori charitate, quàm diligentia ipſos erudiant præbentes præceteris, etiam, exemplum vita & moribus, ut adoleſcentes, quem noverint, & experti fuerint, imitari valeant.

VII. Et tandèm tempore vacationis iidem cùm proprias domos redeunt, dimittant omnìnò veſtem coloris violacei, quàm induunt in Sacro Seminario: & ſempèr geſtent veſtem exteriorem nigri coloris: Et ſaltèm qualibet prima, & tertia Dominica cujuſcumque menſis, & alijs etiam feſtis majoribus, Sacramentum Pænitentiæ frequentent, & eiſdem temporibus Sacra Synnaxi in ſolita Miſſa Conventuali ſe reficiant, propriæ Eccleſiæ inſerviant, & fidei rudimenta ſtatutis diebus, & horis, proùt alij Clerici Parochum coadjuvando, vel edoceant, vel ſaltem eorum explanationi interſint, & nullus ad Seminarium revertatur, quod fieri volumus ultimo die Octobris, niſi prius Nobis viſum fuerit, abſquè teſtimonialibus literis proprij Parochi, quas Rector Seminarij poſt eorum redìtus, Nobis referre teneatur.

VIII. Alumni, & Convictores, pari tractentur modo, & finè diſcrimine, & nullo unquàm tempore extrà Seminarium pernoctent: nec de die domos ſuorum Parentum in hac Civitate ſinè Cauſà neceſſaria coràm Rectore probanda adire audeant: & diebus feſtis, alijſque ſolitis functionibus, choro hujus Noſtræ Cathedralis, piè, devotè, & Sanctè aſſiſtant, atquè modeſtè, & attentè pſallentes, ab omni colloquio, prorsùs ſe abſtineant: & ad ea quæ peraguntur animum intendant: Nec exequiis ullis intèrſint, niſi alicujus ex Canonicis, Hebdomadariis, Sacerdotibus, Convictoribus, aùt Alumnis ejuſdem Noſtri Sacri Seminarij defuncti cadaver ad hanc Noſtram Cathedralem Eccleſiam tumulandum aſſocietur.

CAP. XIII.

Dè Confraternitatibus.
UBI
De Locis Piis.

I. HOc pium opus, quod à primordijs Eccleſiæ in ea ſervatum conſpicitur, ut Chriſtifideles in unum, certis ſtatutis horis ad laudandum Deum, aliaquè pietatis, & religionis exercitia explenda conve-

veniant, à Summis Pontificibus ſempèr, & omni tempore fuit valdè commendatum, & ab eiſdem Epiſcopis in eorum Diæceſibus propagatum, & Nos eorum veſtigia ſequentes, ubi Nobis hactenùs fuit data facultas, ut potuimus paritèr, & eas, quæ ſub nomine Confraternitatis veniunt in hac Noſtra Diæceſi in quibus omnia hujuſmodi pia loca ſunt Eccleſiaſtica, & per Nos gubernantur, confovere curavimus.

II. Et cum in Noſtra prima viſitatione invenerimus in aliquibus Matricibus Eccleſiis, numquàm inſtitutam fuiſſe, neque erectam ſocietatem Sanctiſſimi Sacramenti, qua poſſit reddi, & augeri cultus Auguſtiſſimi Sacramenti præſertim occaſione delationis Viatici ad Infirmos: & conſiderantes, quod expreſsè, & enixè deſideretur in qualibet Eccleſia Parochiali, & Sedes Apoſtolica id quamplurimùm inculcat, illam inſtituere, & erigere in dictis Eccleſiis Parochialibus, in quibus non dum fuit inſtituta, & erecta, ſtatuimus proùt hac Noſtra Sanctione eadem Noſtra Sancta Synodo approbante, prò majori cultu, & veneratione Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ, cùm uſu ſaccorum coloris albi, & Mozzettæ coloris rubri, quæ in aſſociatione ad infirmos, & Proceſſionibus præſto ſit, & inſervire debeat, cum omnibus privilegiis, prerogativis, necnon participatione Indulgentiarum à Summis Pontificibus hujuſmodi Societatibus elargitarum in dictis Eccleſiis Parochialibus, Noſtra qua in his fungimur auctoritate, perpetuò erigimus, & inſtituimus.

III. Et, quos oportet monitos facimus, quod Confraternitates Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ſtatim, atquè ordinaria auctoritate erectæ ſunt aggregatæ intelliguntur Archiconfraternitati Sanctiſſimi Corporis Chriſti de Vrbe, & gaudeant omnibus gratiis, & Indulgentiis quibus Archiconfraternitas Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſuprà Minervam de Vrbe, ex conceſſione Sancti *Pii V.*, *Gregorij XII.*, & *Pauli V.* gaudere ſolet, & conſuevit, proùt ex brevi Innocentij PP. XI., *ſub datum Romæ die prima Octobris* 1678., (a) & de hac participatione Indulgentiarum, Parochi frequentèr Populum moneant, ut fideles lucrò ſpirituali allecti valeant de eorum ſalute ſolliciti, ſocietati adſcribi, & opera illius avidùs exercere.

IV. Ad caput noſtrum, qui ſumus in terris, inexplicabiles certò ſunt pænæ, quibus animæ miſerrimæ afficiuntur in Purgatorio, talitèr quod uſquequaque dolentes, auxilium noſtrum, & amicorum inceſſantèr exclamant *Miſeremini mei, Miſeremini mei, ſaltem Vos amici mei*; Undè non immeritò inter præcipua Chriſtianæ pietatis opera, quæ maximam divinarum gratiarum, tùm in præſenti, tùm in futuro ſæculo merentur retributionem pia erga eas officia reponuntur: Et Nos cupientes illas prò æterna redemptione adjuvare eiſque prodeſſe, ut ad æternam convolent beatitudinam devotè ſubvenire, piis, & laudabilibus petitionibus nonnullorum hujus Noſtræ Diæceſis inclinati, eorumque propoſi-

S   ſitum,

(a) *Vid. Conc. Prov. Ben. 14. tit. 31. cap. 2.*

ſitum, undiquè commendabile approbantes recurſum habuimus ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum *Benedictum PP. XIII.*, prò conſecutione Indulgentiarum favore Confratrum, & Conſororum Congregationis mortuorum erectæ, & erigendarum in locis Noſtræ Diæceſis, & innumeras prorſus fæliciter obtinuimus, proùt in ſuis Apoſtolicis literis, de quibus in appendice ad hanc noſtram Sanctam Synodum: inſtitutas proptereà Congregationes Mortuorum, ſeù Animarum Purgatorij, quas vocant in hac Civitate, Oppido Serræ Capriolæ, illo Sancti Martini, & alijs locis, ſi qua ſunt hujus Noſtræ Diæceſis, in quibus ille fuerunt erectæ confirmamus, & quatenus opus de novo erigimus, & inſtituimus, cùm omnibus privilegijs, & prerogativis ſuis: et in aliis locis in quibus eædem hactenus, non fuerunt erectæ, et inſtitutæ, illas auctoritate, qua in his fungimur ordinaria, et omni alio meliori modo, ſalvis juribus Archipresbyteris, et Parochis deſtinandi locum ſacrum, et aptum, in quo eædem exercere poſſint, quòd infrà duos Menſes omninò facere habeant, perpetuò erigimus, et inſtituimus etiamcùm uſu Saccorum, quem habent Confratres Congregationum Mortuorum, ut ſuprà jàm erectarum, quarum Statuta Regulas confirmamus, et approbamus, proùt eis melius, uti poſſunt, attenta locorum qualitate prò hujuſmodi Congregationibus, de novo per Nos, hac noſtra Synodale Sanctione erectis.

V. Adhoc autèm, ut cum fructu animarum Confratrum contingat, præprimis eos admonitos facimus, ut contentiones, & rumores eliminare ſatagant, ſed potius certatim in frequentia Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, aliiſque piis operibus, ad quæ per eorum regulas tenentur, emulentur majora chariſmata, & ad id, ipſos per quàm enixè adhortamur.

VI. Et in poſterum Confraternitates, (a) & ſodalitates nobis inconſultis, & ſinè noſtra expreſſa approbatione, in nulla Eccleſia, vèl Oratorio, nec minus Regularium erigantur, & alias æreċtæ, utantur regulis per Noſtros Prædeceſſores, aùt per Nos recognitis, & approbatis, proùt de jure: & ſi ſecùs non ſolùm non lucrantur ſolitas Indulgentias, ſed pænis etiàm cenſurarum noſtro arbitrio punientur ſimiliter, proùt juris fuerit.

VII. Omnes (b) Confraternitates ſuum habeant Sacerdotem, vèl de corpore Confratrum, vèl extrà qui tamèn doctrina, & virtutibus, ipſis præluceat à Nobis ut conſultum eſt, & proùt hactenus ſervatum fuit approbandus qui eorum actibus, & actionibus quæ in Congregationibus per ipſos fiunt, interſit, & ipſos in rebus dubiis dirigat, & conſulat.

VIII. Ad Chriſtianæ humilitatis exemplum, dum Confratres Saccos induunt, caveant ne illos forma incompoſitos, aùt vetuſtate detritos geſtent quibus potius, dùm proceſſionaliter incedunt, aùt in alio quovis pio

(a) *Conc. Lat. III. cap. 9. Clem. VIII. conſt.* quæcumque *S. C. Rein Albergem 7. oct. 1617. C. E. in Chienſi 6. Dec.* (b) *IV. Conc. Prov. S. Carol. tit. quæ ad Confr.*

pio opere. cum eiſdem, ſe exercent ad irriſionem, & contemptum Populum commovere, quam ad pietatem, & edificationem allicere ſoleant.

IX. Quælibet Confraternitas, ſuam habeat Tabellam, quæ omnibus pateat appenſa in pariete Confraternitatis Eccleſiæ, ſeù Oratorii: et in ea adſint deſcripta omnia onera Miſſarum, aliorumque Officiorum, ſivè eleemoſinarum: necnon eadem onera cum eorum auctore, libro ad id deſtinato commendentur: et ubi fuerit obligationibus ſatisfactum ſuo loco conſervetur.

X. In electione Officialium Confraternitatum, et locorum piorum, et Congregationum, eas fieri prohibemus viva voce, ne potentiorum acclamationibus, vota, non ſint libera, et tali modo factas irritas declaramus, nullas, et nullius momenti: Et volumus, ut fiant per ſuffragia ſecreta, et in majori numero ſuprà medietatem.

XI. Proùt quoquè prohibemus, ad Confraternitatum, aliorumque locorum piorum adminiſtrationem aſſumi vèl confirmari, qui poſt elapſum propriæ adminiſtrationis annum, et tres alios menſes, ab illius fine, rationem, et reliquatum, non reddiderint: et quæcumque ipſorum electiò, ſeù confirmatio, etiàm ſi fiat per omnia eligentium ſuffragia, ſinè noſtro ſpeciali reſcripto, quod urgentibus, tantummodò cauſis concedetur, prorsùs nulla, et irrita cenſeatur: proùt illorum, qui fuerint decocti, nimio ære gravati, vel filii familias, et qui in eiſdem electionibus peccaverint in ſubſidium de proprio teneantur.

XII. Et Officialium, ac Procuratorum electio fieri volumus, ut conſultiſſimè ſancitum eſt in aliis Conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſorum noſtrorum, et ita ſemper religiosè, et ſanctè ſervatum die præcedenti, feſtum tituli, cui Eccleſia, ſeù Cappella de cujus regimine agitur nuncupatur, vèl eo ipſo die, cum præſidentia Noſtri Vicarii, et Officialis, et in ejus defectu Archipresbyteri loci, aliàs ad Nos ipſojure ipſoque facto. devoluta cenſeatur: et muneris exercitium, non aggrediantur, niſi die octavo menſis Septembris, duraturum ad totam diem ſeptimam Septembris alterius anni, poſtquàm, tamèn fuerint à Nobis confirmati, etiàm, ubi jus eligendi ab aliis prætendatur: et præſtito prius Juramento de fideliter adminiſtrando, ac de reddendis computis ad omnem ordinem noſtrum, noſtræque Curiæ, et de ſolvendo reliquatum, tàm de exactis, quàm dè inexactis, factis jàm debitis diligntijs, ut pariter ſempèr inconcuſsè ſervatum fuit, et ſervatur: et qui ſecùs facere auſus fuerit, pænam excommunicationis ipſo facto incurrat. proùt ea coràm nobis, vèl Officialibus noſtris reddere teneantur in fine adminiſtrationis, et interim etiàm ad noſtrum arbitrium, ad quæ cogi volumus pænis, et cenſuris, et proùt nobis magis expediens videbitur, ac hactenus ſanctè religiosè pariter ſervatum fuit.

CAPUT XIV.

Dè Regularibus
UBI
Dè Eremitis, & Bizochis.

I. Citrà dubium Regulares aſſumpti in adjutorium Eccleſiæ, eidem proſigui ſempèr experti ſunt, tùm exemplo, tùm opere: Ad hoc autèm, ut magis, ac magis, eorum diligentia ad animarum ſalutem, exhibeant, ſequentes Synodales Conſtitutiones præocul s eorum ponimus.

II. Curent propterea, quæ de prædicatione Dei verbi, de fidei profeſſione, de Sacramentorum adminiſtratione, et præſertìm de Sacramento Pænitentiæ, de lectione Sacræ Scripturæ, de Proceſſionibus, et ſupplicationibus, de benedictionibus Parochialibus, et alijs, quæ ſparsìm ediximus in præſentibus Noſtris Sanctionibus Synodalibus, quæ ipſos tangunt, ut legant, et fideliter exequantur, alias per Nos uti Delegatos Sanctæ Sedis Apoſtolicæ proùt juris fuerit punientur.

III. Legant Regulares, et præſertìm qui Confeſſiones Sacramentales Chriſtifidelium, à Nobis approbati excipiunt, has Noſtras Conſtitutiones Synodales: et quidèm frequenter, ad hoc ut uno animarum Chriſtifidelium, terram ſcindentes aratro, faciliùs frugum, ubertatem in Sanctis eorum operibus, ad noſtram æternam ſalutem, prò qua juſtitiæ ſemina de continuò proicimus habere valeamus.

IV. Advertant autèm Religioſos ab Epiſcopo ad Confeſſiones Secularium in ſua Diæceſi, audiendas approbatos, non poſſe in alia Diæceſi eos abſque Epiſcopi Diæceſani approbatione, audire, quamvis Pænitentes ſubditi ſint ejus Epiſcopi, à quò ipſius Religioſi jàm fuerant approbati: Poſſe autem Regularem Confeſſorem in ea Diæceſi, in qua eſt approbatus confluentes ex alia Diæceſi à peccatis in ipſa reſervatis, non autem in illa, ubi idem Confeſſor eſt approbatus, abſolvere; niſi eoſdem Pænitentes noverit in fraudem reſervationis ab aliena Diæceſi prò obtinenda abſolutione migraſſe, proùt expreſsè cautum eſt in conſtitutione fel. mem. Gregorij PP. XV., quæ incipit *Inſcrutabili*.

V. Regulares (a) intrà Clauſtra ſe contineant, et extrà ea, non facile diſcurrant, et ſi deliquerint auctoritate Apoſtolica, per Nos punientur prò facti qualitate, ſi extrà ea degant: Quod ſi in Clauſtris degerint, et extrà clauſtra notoriè, et cum ſcandolo deliquerint, coarceantur ab eorum ſuperioribus, prò modo et gravitate delicti, ſecus ſi intrà terminum à Nobis ipſis, præfigendum de punitionis qualitate, Nos certiores, non effe-

(a) *Trid. ſeſſ. 6. cap. 3. de ref & ſeſſ. 15. de Regul. cap. 14. Clemens 8. conſt.* ſuſcepti numeris. *S.C.C. 23. May 1566.*

effecerint, per Nos contrà ipſos auctoritate Apoſtolica, quà in ijs et ſimilibus fulti ſumus, ad terminos Sacrorum Canonum, et Sac.Conc.Trid., procedetur.

VI. Obſervent diligentèr, quæ in decretis Apoſtolicis ſtabilita ſunt, quo ad parvos Conventus, in quibus ob exiguum Religioſorum numerum perfecta clauſtralium inſtitutionum obſervantia haberi non poteſt: Quodque propterea viſitationi, correctioni, ac omnimodæ juriſdictioni noſtræ, etiàm in ijs, quæ regularem diſciplinam concernunt, proùt determinatum fuit per Conſtitutionem fel.record.Innocentij X.quæ incipit *Vt in parvis*, et per alia decreta Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, poſteà emanata, subjiciantur.

VII. Decet (*a*) propterea adhoc, ut eorum privilegiis, et exemptionibus perfruantur numerus Religioſorum per Apoſtolica Decreta determinatus: et in Conventibus; aliàs ſuppreſſis, et deindè reſtitutis, quod reipſa saltèm ſex Religioſi alantur, qui ſint probatæ vitæ, et ad minus ex his, quatuor Sacerdotes, maturæ ætatis, nimirùm quod quadrageſimum ætatis annum exceſſerint, alias ad formam dictæ Conſtitutionis, et decretorum Apoſtolicorum prædictorum, noſtræ ordinariæ auctoritati, et juriſdictioni, modo quò præfatum eſt, ſubjacebunt, quibuſcumque in contrarium, non obſtantibus.

VIII. Abſquè noſtra, vèl Sedis Apoſtolicæ facultate, de qua, Nòs certiores fieri debemus non audeant Regulares, aùt Confraternitates in eorum Eccleſiis, ſeù Conventibus ærectæ quacumque contraria conſuetudine, non obſtante, proùt pluries decleravit Sacra Congregatio proceſſiones, ſeù ſupplicationes quaſcumque extrà clauſtra inſtituere, vèl peragere.

IX. Ullus Laicus (*b*) qui ſeptimum ætatis annum excedat, ſub ullo prætextu, etiàm devotionis, aùt voti Religioſorum habitum cujuſcumque ſit ordinis deferre, et eo indui audeat: et ſi quis Regularem, ſive Monacalem habitum, aùt quaſcumque ſacras veſtes, ſive ed eorum ſimilitudinem efformatas, ad irriſiones larvas, baccanalia, comedias, ac ad prophana ſimilia adhibere auſus fuerit, in pænam excommunicationis præter alias juris ipſofacto incurrat.

X. Quoties exhibitis aliquibus Regularibus Apoſtolicis privilegijs in hac noſtra Epiſcopali Curia, coràm Nobis, vel Noſtro Generali Vicario in ea judicetur, à nobis, vèl à noſtro Generali Vicario, ipſa non ſuffragari caſui; de quo agi contingat, ſi dictorum privilegiorum verba obſcura ſint, et ambigua, cum ejus ſit interpretari, cujus eſt condere, dictorum privilegiorum interpretationem Sedis Apoſtolicæ judicio eſſe requirendum, proùt alias Conſtitutiones *Clementis IV.*, et ultimo per aliam

(a) *Decr.S.C. juſſu urb.VIII.1625.die 21 Iulii Innoc.X. decr.10.Feb.1654.*ut in parvis: *& ex declar. S. C. ſub Alexandr.VII. die 27.Iul.1655.* (b) *S.C. Epiſcop. 14 April.* 1716. ad Epiſcop. Larinen.

aliam Conſtitutionem *Clementis PP. X.*, quæ incipit; *Superna*, ſtatutum fuit.

XI. Multum Eccleſia exultavit in Eremitarum ſolitudine, quæ florebat, quaſi lilium, & modo etiàm in variis partibus, eorum vitam in ſolitudinem ducentes, cum Populi edificatione Eccleſiis ruralibus, præſertim inſerviunt, ibique Sacramenta Pænitentiæ, & Euchariſtiæ frequentant, & in aliis pietatis operibus, ſe exercent.

XII. Verùm nemo audeat, ſivè laicus, ſivè clericus ſit, aſſumere, & geſtare habitum Eremiticum, abſquè Noſtra, vel Noſtri Generalis Vicarij in ſcriptis obtenta licentia: et nec minus, ſi eam Eremita exterus ab aliis, conſimilem habuerit licentiam, niſi per Nos fuerit eadem licentia confirmata, & approbata, quà poſſit in Noſtra Diœceſi, ſuam facere habitationem Eremiticam.

XIII. Compareant coràm Nobis, vel Noſtro Generali Vicario, Eremitæ temporæ Sanctæ Viſitationis locorum, rationem reddituri, de ſervitio Eccleſiis, & Eremis præſtito, necnon de ipſorum, vita, actibus, & in via ſpirituali profectu.

VIV. Frequenrent Eremitæ Sacramenta Pænitentiæ, & Euchariſtiæ. qualibet Dominica prima, & tertia cujuſcumque menſis, necnon aliis diebus ſolemnicribus: caveant ſecum retinere, aut in ejus habitarione recipere fæminas quaſcumque, necnon cum eiſdem ſub ullo prætextu in Eremis cohabitare, quocumque gradu ſibi conjunctæ ſint, ſub gravibus pænis: non admittantur ad habitum Eremiticum, niſi præbeantur teſtimonia, ſuper eorum vita, & moribus: nec minus uxorati, ære alieno gravati, aùt inquiſiti, ſed qui re vera videantur, quod eorum ſolitariam vitam ducere velint, unicè ad Deo ſerviendum, & ad deploranda ſua peccata.

XV. Recitent quotidiè ſaltem tertiam partem Sanctiſſimi Roſarii Beatæ Mariæ Virginis, cum ſuis litaniis, & de ſero præmittant ad ſomnum examen conſcientię, cum actu contritionis, fidei, ſpei, & Charitatis: & inſupèr peragant gratias Deo; & prò prædictorum, & ſimilium obſervantia, invigilent Parochi, Archipresbyteri, & præſertim locorum Vicarii, quibus hanc particularem curam, præſentibus demandamus.

XVI. Multùm etiàm exultavit Eccleſia, in quibuſdam Mulieribus, ſeù Virginibus in privatis domibus degentibus, ſub nomine tertiarjarum, quæ vulgo *Tertiaria*, ſeù *Pinzochera*, ſeù *Bizoche*, nuncupantur. Caveant tamèn Mulieres, ſeù Virgines alicujus Religionis habitum inducere per manus Regularium quorumcumque facultatem, etiàm à Sancta Sede Apoſtolica habentium: Niſi requiſitis; ad tenorem decreti Sacrę Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, de quò in Appendice ad hanc Noſtram Sanctam Synodum, & à Nobis prævio examine recognitis, Noſtra etiàm authoritas acceſſerit.

XVII.

XVII, Sunt autèm requiſita prædicta, puritas vitæ, & morum teſtimonium, ætas annorum ſaltem quatraginta: Congruum Patrimonium, ut honeſtè vitam ducere poſſint: omnimoda ſegregatio ab hominum cohabitatione, Conſanguineis, & affinibus in primo tantùm gradu dumtaxat exceptis: Et ſi qua ſine prædictis requiſitis, & ſine Noſtra expreſſa in ſcriptis obtenta licentia habitum alicujus Religionis induere auſa fuerit, à perceptione Sacramentorum, ipſo facto, ipſoque jure arceatur.

XVIII. Proùt quoquè pœnam excommunicationis ipſofacto incurrat, ſi quà legitime ad alicujus Religionis habitum admiſſa, vel in poſterum admittenda, velum ſuprà caput, quod vocant *ſuperiectum*, aùt velum pectorale, quod dicunt *ſubcannum*, vel *patientiam*, contrà formam præcitati decreti, geſtare auſa fuerit, & ab ea, niſi velo prædicto, vel patientia, aùt ſubcanno omninò depoſito, non abſolvatur.

XIX. Monitas autèm ipſas facimus, ut tamquàm ſingulari Divinæ miſericordiæ magis dignatæ, certam vocationem ſuam, & electionem faciant per bona opera: Prequentent Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucariſtiæ, ſaltèm qualibet prima & tertia dominica cujuſcumque menſis; necnon & aliis diebus ſolemnioribus, prò directione proprii Confeſſarii: & caveant nè aſſumpto Sanctæ Religionis habitu in obtentum dedecoris, aut vanitatum ſuorum utantur: Nec ſolæ divagentur per loca fucatæ, aùt cicinnatæ, vel aliis immodeſtiæ, & vanitatis ſignis proximis ſuis ſint ſcandalo, alias arbitrio Noſtro punientur.

PARS VI.

CAP. I.

De bonibus, & juribus Deo dicatis;

UBI

De eorum Adminiſtratione, & Adminiſtratoribus.

I. BOna Summo Deo dicata, dicuntur Sancta Sanctorum, & Patrimonium Chriſti, & neminem latet quantum jura, & bona temporalia conferant ad cultus Divini augumentum, quantumvè ex eorum defectu ille diminuatur. Curent propterea ii ad quos ſpectat, eorum jura, & bona, tùm ſtabilia, tùm mobilia ſumma religione, & pari *integritate* tractare, & in iis conſervandis omnem omnino adhibeant diligentiam.

II. Et ſub pœnis, & cenſuris contentis in variis Sacris Canonibus, Bullis Pontificiis, & decretis Apoſtolicis, & præſertìm in *extrav. ambitioſæ, de reb. Eccleſ. alien., vel non*, caveant, & nullo ſub prætextu, cauſa, aut quæſito colore, nulloque modo vendant, alienent, vel quomodo-

dolibet obligent, aut diſtrahant bona ſtabilia *quævis*, Eccleſiarum, Beneficiorum, Cappellaniarum, Oratoriorum, & ſimilium, aùt eorum jura, & nec minus mobilia prætioſa, & quæ ſervando ſervari poſſunt; proùt quoquè neque in emphyteuſim bona ſtabilia concedant, aùt ultrà triennium utile locent, & nec minus cum clauſula, *ſalvo aſſenſu impetrando, & non alias alitèr nec alio modo*, & ſi ſecus (a) prædictas pænas, & cenſuras ipſofacto incurrant: Et omnes contractus tali modo celebrati, ſint ipſo facto nulli, proùt eos nullos, & irritos volumus, & declaramus.

III. Quo verò ad bona exigui valoris, quæ ex juris diſpoſitione, ut *cap.Terulas* 12.*q*.2., auctoritate ordinaria alienari permittuntur; Caveant inſupèr eorum adminiſtratores, ne paritèr ſub pœna excommunicationis, ultrà nullitatem contractus, ſinè Noſtra inſcriptis obtenta facultate, in inſtrumento de verbo ad verbum ſemper inſerenda ea diſtrahere, permutare, aut quomodolibet obligare, vel ultrà triennium utile locare, aut in empyteuſim concedere audeant, nec minus cum dicta clauſula, *ſalvo aſſenſu proprii Ordinari impetrando, & non alias.*

IV. Commeſſationes, & bravia, vulgo pallii, ludi, certamina, paleſtræ, curſus equorum, fragores bellici, & ſpectacula ſimilia, quæ ex fructibus Eccleſiarum, aut Cappellarum quarumcumque in feſtivitatibus Sanctorum fieri ſolent, tollantur omninò; & ſinè Noſtro reſcripto non audeant Eccleſiarum, & Cappellarum adminiſtratores, alios facere ſumptus, niſi ſolitas, & ordinarias, ac conſuetas expenſas neceſſarias, prò luminaribus, cæris, oleo; incenſo, & ſimilibus minutioribus rebus; alias in utroque caſu teneantur de proprio in redditione rationis eorum adminiſtrationis.

V. Proùt paritèr ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, aliiſque Noſtro arbitrio reſervatis, nec minus audeant ſinè noſtra in ſcriptis obtenta licentia; alienare, vendere, obligare, aùt quoquo modo diſtrahere, & permutare bona mobilia, & ſemoventia, & præſertìm frumentum, et quævis alia legumina, animalia, et ſimilia Eccleſiarum, et Cappellarum niſi prò neceſſariis ſumptibus, prò luminaribus, cera, olea, incenſo, et ſimilibus conſuetis expenſis tantùm; ità tamen, ut dictas expenſas, non excedant, pro quibus vendant frumenta; aliosque fructus conſimiles, ſed prò ſumma dumtaxat neceſſaria, et niſi alias eiſdem expenſis provideri poſſit: et id faciant tempore quo ea emere oportet, et ſempèr majorem Eccleſiarum utilitatem præoculis habeant, et in hoc ſeriò invigilent Vicarii foranei, et Archipresbyteri locorum.

VI. Noverint univerſi gladio excommunicationis Summo Pontifici in Sacris Canonibus, et Bullis Pontificiis reſervata, et eidem ex præſcripto *Sac.Conc.Trid.ſeſs.*22.*de refor.cap.*11., ſubjacere uſurpantes, aut quocumquè quæſito colore, ſive per ſe, ſive per alios indebitè retinentes

a) declaravit *S.C.C.apud Monacell.tit.*4.*for.*4.*n.*2.*& ſeqq.*

res bona quælibet, Deo dicatas, fructus redditus, emolumenta, obventiones, jura, & ſimilia; necnon impedientes quomodolibet, ne iis ad quos ſpectant reddantur, & nè ab eiſdem percipiantur.

VII. Verùm Clerici prædictis alienationibus, aùt uſurpationibus aſſentientes, non ſolùm ſubjacent excommunicationis gladio, ſed inſupèr ex reſcripto præcitati *Sac. Conc. Trid.* puniuntur pæna privationis beneficiorum, & ad alia obtinenda inhabilitantur.

VIII. Ipſo facto, ipſoque jure excommunicationi ſubjicimus, venditores, aùt emptores bonorum ſtabilium, aliorumque jurium, quæ Eccleſiis, vel Cappellis quibuſcumque ſunt obnoxia, cum onere annui cenſus, Canonis, vel quodvis aliud emolumentum ſolvendi, ſi hoc certò ſcientes in hujuſmodi alienationibus, ſivè contractibus onera prædicta tacuerint, vel tantùm in genere expreſſerint, non ſpecificando Eccleſiam, vel Cappellam, cui prædicta debentur: Et eandem (a) excommunicationis pænam Notarios aliosque, in hoc malitiosè conſilium dantes, tamquam fraudis comparticipes incurrere declaramus, & ab ea niſi facta prius expreſſione prædicta ipſos abſolvere prohibemus.

IX. Rectoribus, Beneficiatis, Cappellanis, Capitulis, & Adminiſtratoribus Eccleſiarum; Beneficiorum, Cappellaniarum, & ſimilium quibuſcumque, quævis pecuniarum ſumma Eccleſiis, Beneficiis, Cappellaniis, Oratoriis, Capitulis, cæteriſque conſimilibus aliis Noſtræ auctoritati ſubjectis quovis nomine venientibus, ex quovis relicto, cenſu extincto, aùt aliàs quomodolibet debita, cum onere inveſtimenti, ſub pœna duplicatę ſolutionis, & in ſubſidium juris excommunicationis inconſulta Noſtra Curia, liberè non ſolvatur: Nec eadem Curia inconſulta, de illa aliquod fiat inveſtimentum ſub pæna interdicti quo ad communitates perſonarum, excommunicationis verò quo ad perſonas particulares, & in ſolidum reſpective teneantur de periculo inveſtimenti.

X. Ne tamèn, tàm pecuniæ ſupradictæ, quàm aliæ; quæ ſuprà ſummam ducatorum quinque, ex venditione frugum, animalium, herbarum, aùt aliarum rerum Eccleſiis, vel Cappellis, quibuſcumque provenire poterunt dilapidationis exponantur periculo: Mandat hæc Noſtra Sancta Synodus, cum in hac Civitate, Terris, Oppidis, & locis Noſtrę Diœceſis, non extent ea publica telonia, quos vulgus bancos appellat, ut hujuſmodi pecuniæ, tàm ſcilicet quæ ex quovis relicto, cenſu extincto, ſtabilium venditione, cum onere inveſtimenti, quàm quæ ex frugum animalium, aùt aliarum rerum ſuprà ſummam ducatorum quinque dictis Eccleſiis, aliiſque ſupradictis Cappellis proveniunt, deponantur in Capſa Sacra, quàm haberi volumus, tàm in Urbe, quàm in omnibus aliis locis Diœceſis cum duabus ſeris, & clavibus ferreis, omninò diverſis, prout hactenus ſervatum fuit, & ſervatur in hac Civitate: & in locis in quibus malorum fortè induſtria hominum, licet pluries

 omni-

(a) Monacell. tit. 15. n. 8.

ordinata ad artem tamèn, & ex propoſito ſempèr neglecta, non adſit ſumptibus Eccleſiarum, & Cappellarum prædictarum prò rata, Archipresbyteri, & Parochi ſeù Æconomi eorum locorum infrà duos menſes, ſub pæna ſuſpenſionis, ipſo facto incurrenda ab adminiſtratione Sacramentorum, fieri curent; Et ea in hac Civitate cum ſuis clavibus, volumus ut retineatur, prout uſquè ad præſentem diem religiosè ſervatum fuit: In aliis verò locis, mandamus, ut Capſa conſervetur penes Archipresbyteros locorum reſpectivè, & claves retineantur per duas perſonas Eccleſiaſticas, per Nos, aut per Noſtrum Vicarium Generalem in Sancta Viſitatione anno quolibet deſtinandas; & quod intùs eandem Capſam liber ſempèr conſervetur, benè cartulatus, dati, & accepti pecuniarum, quæ in ea reponi, aùt exindè extrahi in dies contingerit, quod tamèn fieri etiàm prohibemus inconſulta Noſtra Curia, & ſinè ejus licentia, quæ gratis concedetur, prout occaſio tulerit: Et hæc omnia ſub pæna interdicti, ipſo facto, incurrenda quoad Capitula, & communitates Eccleſiaſticorum, ſuſpenſionis à divinis, quoad Archipresbyteros, Parochos, & alias perſonas particulares in Sacris Conſtitutas, excommunicationis verò quoad Clericos, in minoribus ordinibus conſtitutos, & laicos omnes, ſanctè, & inviolatè, per quos oportet, hac Noſtra Sancta Synodo approbante ſervari volumus, & mandamus.

XI. Epiſcopo, (a) Parocho, vel Rectore aut Beneficiato defuncto, ejuſvè morte imminente, nemo ſuppellectilem Eccleſiæ, fruges, aliaque mobilia propria, vel ad ſuos hæredes, & legatarios quomodolibet pertinentia, bona, jura, aùt ſcripturas, quomodocumque ſubripere, occultare, occupare, aùt fraudolentèr aſportare audeat, ſub pæna excommunicationis ipſo facto incurrenda, à quà non abſolvantur etiàm ſi ſint Capitulares, eorumve defunctorum familiares, & domeſtici, quavis dignitate præditi, niſi facta eorum reſtitutione, cum damnorum, & intereſſe, ſi quod fortè interceſſerit refactione.

XII. Ut autem piæ Defunctorum voluntates; debitæ executioni demandentur, hæc Noſtra Diæceſana Synodus præcipit, & mandat ſub pæna excommunicationis, omnibus Notariis, & conſimilibus, etiàm Parochis, qui rogati ſint de Teſtamentis, & ſimilibus ſcripturis, ultimarum voluntatum, ut infrà duorum menſium ſpatium à morte Teſtatoris, vel poſt apertas tabulas, vel ſcripturas rogatas reſpectivè, Noſtræ Curiæ Epiſcopali omnia legata pia, & præſertim prò Miſſarum celebratione, aùt Eccleſiis, locisque piis relicta, fidelitèr inſcriptis referant, ut ex officio tenentur, nè aliàs tacitè conſentientes in eorum animæ perditionem uſurpationis, participes fiant, & ipſos Confeſſarii ad reſtitutionem, etiàm obligent.

XIII. Procuratores Montium frumentariorum, qui cum maximo Pauperum ſublevamine ferè in omnibus locis huius Noſtræ Diæceſis ere-

(a) Conc. Later. IV. cap. 32. cap. exxiv. pandat. § qui verò de Preb.

erecti exiſtunt, & quos Nos ſummis noſtris tenuibus è manibus potentium vindicare curavimus, advertant ad regulas & ſtatum, prò eorum conſervatione, & manutentione per Noſtros Prædeceſſores tradita adamuſſim ſervare: Et in diſtributione frumentorum, omnem adhibeant diligentiam, ut dùm Pauperum ſubſidium curatur, manutentioni, & conſervationi eorundem Montium conſulatur per aſſicurationem pignore, aùt alio conſimili modo benè viſo, & prò periculo & labore quod in ſe aſſumere debent, liceat, & licitum ſit Adminiſtratoribus, ſeù Procuratoribus ipſorum montium frumentariorum ſibi retinere, & appropiare ſupèr frumentis dumtaxat exactis; ad rationem trium modiorum prò quolibet centenario, nec ea diſtribuere audeant ſinè Noſtra licentia, quę non concedetur, niſi in certis anni temporibus, & prout aliàs hucuſque ſervatum fuit.

XIV. Neminem latet quantùm in Sacris literis, hoſpitalitas, & præſertim Peregrinorum, & Pauperum ſit commendata: Mandat proptereà hęc Noſtra Sancta Synodus, iis, qui eorum curam habent, ut ea omni diligentia cuſtodiant, & Peregrinos, & Pauperes cum omni charitate ſuſcipiant & foveant: Et invigilent nè in hoſpitalibus, ludis, vel aliis diſſolutionibus vagetur: Et omninò prohibemus mares cum feminis habitare licet ſe Conjugio copulatas aſſerant: Et ad hunc effectum volumus, ut quævis hoſpitalia quamvis exigua, in duas dividantur manſiones, altera maribus, altera fæminis diſtinata; Et ſi locus amplior ſit, prò Clericis, & Religioſis quoquè cubiculum deputari mandamus.

C A P. II.

De Decimis.

I. **N**On ſunt ferendi, ut Patres in Sac.Conc.Trid. (a) exclamarunt, qui variis artibus decimas ſubtrahere moliuntur, aùt qui impedimento ſunt nè ab aliis ſolvantur, vel ab aliis ſolvendas temerè occupant, & in rem propriam vertunt: Monitos proptereà facimus omnes, & quoſcumque cujuſvis Eccleſiaſticæ, vel laicalis ſint dignitatis & præeminentię, ut illas quæ ſunt divina tributa, abſquè ulla fraude perſolvant: Et qui eas quoque modo ſubtrahere, aùt ipſarum ſolutionem impedire attentaverit, vel ſolvere neglexerit, & pertinaciter recuſare auſus fuerit, quacumque is, ſivè Eccleſiaſtica, ſivè laicali pręfulgeat dignitate, excommunicationem ipſo facto, ipſoque jure incurrat: Et ab hoc crimine in Conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſorum Noſtrorum Epiſcopali judicio, dumtaxàt reſervato, reſtitutione integre minimę ſequuta non abſolvatur.

(a) Seſſ.25.cap.12.

II. Has enim ad quàs omnes indiſcriminatìm tenentur (a) nos Deus, ad univerſalis dominij ſignum reſervavit, & ei qui decimas, primitias, & oblationes dederit, non ſolùm fructus abundantiam, & corporis ſanitatem, ſed etiàm remiſſionem peccatorum, & Cæleſte Regnum repromittit: Et quod alias Deus, qui ab hominibus in decimis, & primitiis conſigi ſe declarat in penurias per Malachiam ipſos maledicit: *Quia mihi non reddidiſtis decimas, & primitias, idcircò in fama, & penuria maledicti eſtis*: Quod ut, ait, Auguſtinus, *hæc eſt Domini juſtiſſima conſuetudo, ut ſi tù decimam illi non dederis, tù ad decimam reverteris, ideſt, amittes, novem partes: Et majores noſtri copiis omnibus abundabant, quia decimas Deo dabant, & Cæſari cenſum reddebant: Dabis enim, impie militi, quod Sacerdoti denegas, tolletque fiſcus, quod non accipit Chriſtus.*

III. Et licet de jure debeatur omnium bonorum juxtè quæſitorum decima; cum Dominus indiſtinctè illam de eiſdem expreſsè dari præcipiat, & hoc idem mandat *Concilium Prov. Benev. 6. tit. 15. ſub cap. 1.*, verùm cum in abuſum habierit, ut in aliquibus locis, vel integrè, vel de aliquibus rebus decimæ non reddantur: monitos proptereà facimus omnes, qui ad eas tenentur, ut illas integrè, vel ſaltèm neque ſeminibus, neque ſumptibus prò cultura neceſſariis eductis, abſquè ulla prorſus fraude, ſecundùm conſuetudinem hactenus canonicè introductam, ſuis debitis temporibus, prædiales præſertìm, antequàm ſegregentur taxæ, cenſus, vel quævis alia debita, vel tributa Eccleſiis perſolvant: Et nullo ſub prætextu ab aeris, niſi facto ſolito appretio, ubi talis eſt uſus, ſub eadem pena excommunicationis latæ ſententiæ fruges, non amoveant, eaſque recta ad Eccleſiarum orrea deducant via; & oleum trapetis, & quidem ea menſura raſa, & in orreis, eodem modio, quo fruges per Colonos commenſurantur de melioribus, ut Dominus mandat, conſignent, aùt aliàs, prout per publica inſtrumenta, cum Univerſitatibus locorum, fuit conventum, rectè exequantur.

IV. Et hac eadem de cauſa, Cives, & Incolæ Oppidi de Campomarino Noſtræ Diæceſis, qui variis artibus decimas de omnibus omninò rebus, contrà omne jus, præſertìm Divinum, & Canonicum; Necnon contrà Conſtitutiones *Concilii Prov. Benev.*, ac Synodales Prædeceſſorum Noſtrorum, & etiàm contrà totius Diæceſis, aliorumque locorum vicinarum Diæceſum univerſalem conſuetudinem, quadam exigua dumtaxàt, honorantia excepta, ſolvere recuſant, & cœteroquin nèc minùs loci Parochus, nequid de aliis Sacerdotibus dicamus, quorum auxilio in exercitio curæ animarum, periculoſa in eodem loco habetur indigentia, propria careat ſubſtentatione, qui computatis etiàm incertis, vix habeat redditus ducatorum triginta annuos, Presbyteri verò ullos omninò, undè, & ipſi Cives, & inhabitatores ejuſdem loci, ob defectum Miniſtrorum, qui Archipresbyterum meritò coadjuvare recuſant, prò recipien-

(a) *Pontifical. Rom. de Eccl. ded. in Serm. ad Popul. circ. med.*

piendis Sacramentis, non ſinè gravi ipſorum incomodo, & animarumc ſuarum ſalutis præjudicio, per extera loca diſcurrere coguntur: Ad hæc & majora quæ exindè evenerunt, & in dies eveniunt mala, decimas ſaltèm prædiales, juxtà locorum vicinium conſuetudinem, & ipſi perſolvere non graventur, vel aliam ineant viam, qua conſuli poſſit, ut Archipresbyter & qui ipſum in exercitium animarum Curæ coadjuvent, altari inſervientes, de altari vivere valeant, aliàs contrà ipſos proùt juris procedetur.

V. Quarum decimarum exactionem, præſertìm in frugibus conſiſtentem, omni qua decet diligentia curent earum exactores, Procuratorum, Pàrtitorum, vel quovis alio veniant nomine, & advertant, ut ſint bonæ qualitatis, ac de melioribus, & primitioribus, ut omnes jure divino tenentur, vel ſaltèm de communibus, nè alias de proprio teneantur, proùt rationi conſonum eſt, & mandamus; illaſque fidelitèr recipiant & exigant; ulliſque, nequè neceſſitudinis ſanguinis, vel amicitiæ intuitu, vel quavis alia de cauſa, vel humano reſpectu eas remittant, vel condonent, nec minus plus debito in eiſdem decimis, alios gravent, ſed illas recipiant, & exigant in qualitate; & quantitate; & menſura, proùt ad eas illarum debitores de jure tenentur.

VI. Ad hoc autèm, ut de eiſdem decimis participantes in frugibus, præſertìm conſiſtentibus in illis, non defraudentur, ſed proportionabilitèr, & æquis portionibus gaudeant, volumus proùt aliàs per Noſtros Prædeceſſores in Conſtitutionibus Synodalibus, ac publicis, & circularibus ædictis pluriès cautum fuit, ut omnes prædictæ decimæ in frugibus conſiſtentes in communem foveam, vel orreum deducantur, & in eo ſub duabus clavibus omninò diverſis recipiantur, & cuſtodiantur: & claves prædictæ in Urbe ſint penès ſuos Partitores: In aliis verò Eccleſiaſticorum communitatibus, ſeù Capitulis Diæceſanis, in quibus nonniſi unus deputatur Partitor, una ſit penès loci Archipresbyterum, altera verò penès Partitorem; & in eis in quibus, nullus deputatur Partitor, penès Quartolanum, niſi aliàs Nobis videatur, præſertìm, ſi Archipresbyteri, & Partitores, vel Quartolani intèr sè fuerint conjuncti, quo caſu Archipresbyteri nos certiores faciant, ut opportunè provideri valeamus, proùt ad tollendas quaſcumque fraudes, prò Eccleſiarum, & particularium intereſſe, Nobis in Domino, melius conſultum fiat.

VII. At præceteris caveant Partitores, aliique quacumque etiam Archidiaconali, ſeù Archipresbyterali præfulgeant dignitate, de decimis participantes, ne propria auctoritate, aut alio quovis modo, prætextu, cauſa, aùt quæſito colore decimas, ſivè per sè, ſivè per ſuos Parentes, Conſanguineos, Cognatos, affines aliaſque perſonas debitas, in deductionem ſuæ portionis, vel in computum ejuſdem, ſibi retineant, aut ab aliis exigant; vel recipiant, ſed omnes omninò decimæ prædictæ, ſub dictis clavibus, in commune orreum fidelitèr recipiant, & in eiſdem

illas

illas pariter fideliter conſervari, proùt ſuprà ediximus curet.

VIII. Quo verò ad aliàs decimas in Muſto, vèl oleo conſiſtentes, eas pariter fideliter Partitores, cum aſſiſtentia Archipresbyterorum, vèl Quartulanorum locorum reſpectivè, adnotent, et regiſtrent; illas nemini remittendo, vèl condonando, aùt ultrà debitum in eis alios gravando, in quo ſi culpabiles reperiantur, pariter liquidatis ſolitis partitis, ipſos de proprio proùt tenentur obligari volumus, et mandamus.

IX. Quas quidèm decimas prædiales, proùt etiàm perſonales, oblationes, primitias, et mortuaria, aùt ſimiles exactas, aùt reſpectivè exigendas deputati, vèl partitores, vèl alij ad quos ſpectet, ſine noſtra in ſcriptis obtenta licentia, quæ gratis concedetur non dividant, ſed de eiſdem librum, ſeù quinternum decimarum, quem appellant, cum diſtincta omninò narrativa, et diſtincta pariter omnium omninò partitarum adnotatione fideliter conficiant, quem ut præfertur confectum, et de verbo ad verbum coram participantes lectum, et coràm eiſdem exactionis partitis diſcuſſis, et per ipſos propria manu, et caractere ſubſcriptum, ac manu, et ſigno publici Notarii authenticum ad Nos, cum ſolito memoriale, anno quolibet per totum menſem Septembris, una cum ſolitis pecunijs Cathedratici, Cæsarum, Cappellarum, Mortuarijs alijſque ſolitis Canonibus, et ſimilibus, quæ vulgo *minuta* nuncupantur, originaliter tranſmittant: et hoc etiàm, quoad decimas conſiſtentes in Muſto, per totum menſem Octobris, et in oleo per totum menſem Januarij pariter adnotent conficiant recognoſcant ſubſcribant, et reſpectivè ad Nos, ut ſuprà, quoad decimas in frugibus conſiſtentes ediximus, congrua congruis referendo originaliter tranſmittant reſpectivè.

X. Et à Nobis obtenta dictarum decimarum diviſionis licentia, primo loco ſolitam Noſtri Sacri Seminarij portionem, ex omnibus integris prædictis decimis, fideliter deducant, & quartam Eccleſijs debitam ſtatim vere, et realiter, et cum effectu quartulanis eadem prorſus menſura Partitores, ſivè Procuratores, vèl Archipresbyteri, quà ipsè à Colonis, et ſimilibus perſonis receperunt, et exegèrunt fideliter quoque, et ſinè fraude conſignent, ipſique Quartulani illam conſervent, et de ea ſinè noſtra in ſcriptis obtenta licentia diſponere, non audeant: Aliaſque portiones Partiores, ſeù Procuratores, niſi adamuſſim ſervato tenore noſtri reſcripti, in calce prædicti memorialis, quo prò dicta licentia diviſionis dabimus non conſignent, et ad noſtram menſam, vèl noſtrum Sacrum Seminarium ſpectantem, proùt illas in diviſione contingit, et receperunt, fideliter conſervent; nec eas adulterari audeant, minuſque permittant, ſed omni diligentia, et attentione ad omnem noſtrum noſtrique Sacri Seminarij ordinem reſpectivè conſervari curent: Et ſi circa earum conſervationem culpabiles reperiantur, Partitores de proprio, et Partiorum, ſeù Procuratorum electores in ſubſidium de eiſdem teneantur, proùt ad evitandas, quæ hactenus commiſſæ ſunt fraudes ſimiliter

hac

hac Noſtra Sanctione decernimus, atque ſtatuimus.

XI. Et ut nemo de portione ſibi tangente conqueri valeat, aùt aliquod in ea præjudicium patiatur hoc idem congrua congruis referendo in hac noſtra Cathedrali, quò ad quartam terraticorum reddituum canonum, cenſuum, aliorumque ſimilium exactionum, et oblationum cum Noſtro Capitulo communium ad Noſtram Menſam, vèl ad Eccleſiam, aliave loca pia ſpectantem, vèl pertinentem, vèl quoquo modo ſpectare, vèl pertinere poſſit, et valeat, ſervari volumus, proùt mandamus.

XII. Quod ſi quid contrà prædicta contenta præſertim in ſeptem ſupra extenſis, decretis immediatè præcedentibus in hoc eodem Capitulo, et in eorum præjudicium aliquid attentari contingat, tàm circa fidelium dictarum decimarum exactionem earumque adnotationem conſervationem, earumque adnotationem conſervationem clavium diſtributionem, et retentionem libri, ſeù quinterni ſubſcriptionem partitarum diſcuſſionem dictarum decimarum oblationum mortuariorum, terraticorum canonum, cenſuum, aliarumque prædictarum exactionum diviſionem: Capitula etiàm Diæceſana, et communitates Eccleſiaſticorum, Eccleſiaſtico interdicto, ipſofacto, ipſoque jure ſubjaceant: Perſonæ particulares Archipresbyteri, Dignitates, et Canonici, aliique in Sacris conſtituti, pœnam ſuſpenſionis ſimiliter ipſofacto ipſoque jure incurrant: Seculares verò, ipſoque facto ipſoque jure ſint excommunicati, et ab hoc crimine, quod noſtro judicio reſervamus prædictæ communitates, et Capitula, etiàm Diæceſana, et perſonæ particulares, non abſolvantur, niſi plena reſtitutione ſecuta quoſque aliis pœnis etiàm Corporis afflictivis proùt rei qualitas tulerit arbitrio Noſtro reſervatis puniri volumus, & mandamus, & iiſdem pariter reſpectivè ſubjaceant, pœnis Conſervatores frugum aliorumque fructuum ad Noſtram Menſam Epiſcopalem, ſpectantium, quatenus in eorum receptione conſervatione delinquere quis auſus fuerit, vèl fraudes aliquas commiſerit.

XIV. Laudabilem conſuetudinem à jure divino ſuam trahentem originem approbamus, ut meſſores ferant manipulos ſpicarum ad Miniſtros Sanctuarii, qui elevent faſciculos coràm Domino, ut acceptabile ſit prò eis: Hoc enim expreſsè habemus *Levitici cap. 23.*, ibi: *Cum meſſueritis ſegetem feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis veſtræ ad Sacerdotem qui elevabit faſciculos coràm Domino, ut acceptabile ſit prò vobis, & Sanctificabit illum*: Damnamus tamèn, ac reprobamus ejuſdem introductionis abuſum, ut non ſine animi noſtri merore, proprijs oculis, in aliquibus locis Noſtræ Diæceſis inſpeximus, in quibus meſſores ferendo manipulos ſpicarum ad Sanctuarij Miniſtros in Eccleſia, eos polluere, & prophanare varijs artibus, & modis ſcandaloſis ſoleant: Adhortamur igitur ipſos ad dictas oblationes, & ſub pœna excommunicationis prohibemus dictos modos illicitos, improbos, & ſcandaloſos, nè potius contrà ipſos meritò juſtiam Dei provocent: & invigilent Parochi, ut omnis

omninò talis extirpetur abuſus ab eorum Parochijs.

P A R S VII.

C A P. I.

De Blaſphemijs, Superſtitionibus, & Maleficijs.

I. CErtè grave atrox, atquè immane ſcelus committit, qui Sacroſanctum Dei nomen, ab omnibus benedicendum, vèl Sanctos cum eo regnantes impuro contaminato, & ſacrilego ore blaſphemare, aut execrari audet; adeò quod in Sacra Scriptura blaſphemi à toto Populo lapidibus obruuntur, & Dominus ad blaſphemias Senacherib Aſſirioribus Regio, per Angelum ſuum percuſſit centum octuaginta quinque millia hominum de ejus exercitu, & Antiochus ob blaſphemias horribili plaga percuſſus fuit.

II. Et etiàm jura tùm Eccleſiaſtica, tùm Civilia graviſſimas ſtatuunt pænas in blaſphemos: & quidem jure Canonico jubetur blaſphemus, die Dominico ſtare flexis genibus præ foribus Eccleſiæ, cum Candela in manu accenſa, dum celebrantur Miſſarum ſolemnia: & Sanctus Pius V. aliam edidit Conſtitutionem, quæ incipit, *Cum primum*, contrà blaſphemos, ut quoquè fecerunt alij Summi Pontifices: Jure autem Civili, olim blaſpemi pæna mortis puniebantur, & modo per varia regna varijs concutiuntur pœnis, blaſphemi.

III. Ad extirpandum quantum in Nòbis eſt, hoc immanè facinus, quod non ſinè animi noſtri ſummo merore paſſim committitur, adempta ſit Confeſſarijs facultas abſolvendi blaſphemantes Deum, vèl Beatam Virginem, etiàm ſi ſemèl id fiat: Blaſphemantes verò Sanctos, vèl animas in communione Eccleſiæ Defunctorum ſuprà quatuor vices, & in utroque caſu ſemper cum plena advertentia, paritèr adempta ſit Confeſſariis eos abſolvendi facultas quam pariter nobis reſervamus.

IV. Declarantes eos ad hunc effectum dici blaſphemare Deum, Beatam Virginem: ac Sanctos ejus, qui deliberatè, ſinè tamèn errore in Intellectu contrà Deum, Beatam Mariam Virginem, & Sanctos ejus verbum contumelioſum injurioſum obſcenum, turpè, maledicum, predibundum, indignum, aùt in contemptum, deriſionem, convicium, aùt injurium Dei, vèl Sanctorum, quatenus Sancti ſunt proferunt: quod blaſphemus ſi blaſphemus habeat errorem in Intellectu, in prædictis, & circà prædicta aliquid credendo cum pertinacia, quod opponatur articulis Noſtræ Sanctæ Fidei cum tunc talis blaſphemus ſit hæreticus, & innodatus excommunicatione contenta in Bullis Pontificijs, ab ea, extrà caſum mortis à nemine poteſt abſolvi præterquam à Romano Pontifice.

V. Si verè nullum habeat errorem in Intellectu circa prædicta, vèl niſi

niſi blaſphemus non animo, & intentione injuriandi Deum, Beatam Mariam Virginem, & Sanctos ejus, ſed ex pura inadvertentia *v.g.* in ſubitanimi commotione, aut iræ impetu, talia protulit, talis blaſphemus, etiàm ſinè noſtra facultate poterit abſolvi, ſalvis, & reſervatis juribus Noſtro Procuratori Fiſcali, quoad alias pœnas, de quibus in dicta Conſtitutione Pontià blaſphemos, editam per Sanctum *Pium V.*, quo ad perſonas Eccleſiaſticas, quæ forſè, hoc immane ſcelus, quod Deus avertat, auſi fuerint committere.

VI. Advertant tamèn Confeſſarij, qui facultatem habuerint abſolvendi hujuſmodi blaſphemos, pœnitenti, quem noverint blaſphemia flagitium proclivem, nè facilem imponant pœnitentiam, ſed gravitati ſceleris reſpondentem, quæ ſcilicet, tùm ad morbi curationem, tùm ad criminis vindictam, & caſtigationem deſerviat; & non erit abs rè, ſi prò qualitate perſonarum præcipiant illis, ut lambendo terram, Cruces efforment, vel per Menſem flexis, & nudis genibus integrum Roſarium, aùt aliàs præces recitent, vel ut ad terram proni totiès Deum laudent, quoties eundem blaſphemijs affecerunt; vèl ut jejunia, abſtinentias, & diſciplina frequentent, aliquod Sacrificium celebrari faciant, præſertim prò animabus in communione Eccleſiæ Defunctis, quas blaſphemare auſi fuerunt, vel prout aliàs ſibi in Domino viſum fuerit, ut ſic correpti deinceps à tam atroci flagitio terreantur.

VII. Diſtrictè prohibemus omnem uſum medicinæ, in quo adhibentur ſigna cum nominibus incognitis, ſivè præcibus, & verbis, quamvis Sacris adjunctis, etiàm ſignum Crucis: Necnon quemcumque medendi uſum, qui non ſit naturalis, & ex ſua innata virtute, vim ferendæ ſalutis non habeat: & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Nobis reſervata nullus abutatur rebus Sacris, Sacramentalibus, & Sacramentis in ordine ad ſortilegia, maleficia, & incantationes, quaſcumque nec non, & ipſa ſortilegia incantationes, & maleficia quæcumque etiàm, ſine abuſu rerum Sacrarum, Sacramentalium, & Sacramentorum committentes incurrant in eandem excommunicationem latæ ſententiæ, Nobis ſimiliter reſervatam.

VIII. Invigilent Parochi, ſi aliquis exiſtat in propria Parochia, qui rebus Sacris, Sacramentalibus, & Sacramentis abutatur, modo quo præfatum eſt; vel ſortilegia, maleficia, aùt incantationes quaſcumque committat, & præſertim quo ad mulierculas, quæ, ut plurimum exercere ſolent ſupradictum uſum medicinæ, & medelas & repertis, ſtatim Nos, & Noſtram Curiam, de prædictis certiores faciant, ut opportunè providere valeamus: Et omnem adhibeant diligentiam evellere ex rudium, præſertim animis radicem prædictorum diabolicæ peſtis.

IX. Declarantes omnes (a) teneri, ſivè Laici, ſivè Eccleſiaſtici, nè dum Seculares, ſed etiàm Regulares, Nobis ſignificare non ſolum infectos

V hæreſis

(a) *Vid. ſup. 1. p. cap. 1. num. 2.*

hæreſis labæ, aùt de ea quomodolibet ſuſpectos, ſed etiàm omnes alios, qui prædicta committere noverint, vèl ea, & uſum prædictorum medendi docere, aùt dictis maleficijs incantationibus, & ſortilegijs uti ad effectum de quò ſuprà.

C A P. II.

De Crimine falſi,
UBI
De Maledicis, & Detractoribus.

I. QUæ mala, quævè damna, & quæ ſcandala Chriſtianæ Reipublicæ ex hoc crimine, inferantur, experientia ipſa comprobatur; Ut igitur tàm execrabile ſcelus ab hac Noſtra Diœceſi, ubi quàm frequens ſit, continui conqueſtus, lamentationes ubique, quærelæ, & hujus criminis accuſationes, quos, non ſinè animi Noſtri merore inaudivimus, ſatis edocent, penitùs, quantum in Nobis eſt eradicetur, gladio excommunicationis latæ ſententiæ nobis reſervatæ ſubijcimus eos.

II. Qui falſum dixerint teſtimonium, tàm in Cauſa Civili, quàm in Cauſa Criminali: Aùt qui falſam formaverint Scripturam, vèl Inſtrumentum, vèl qui Inſtrumentum, vèl ſcripturam quamcumque falſificaverint in grave præjudicium tertij: & qui in prædictis omnibus, & circà prædicta, conſilium, auxilium, mandatum, aùt favorem reſpectivè, & ſcienter præſtiterint.

III. Quò verò ad maledicos, & detractores, qui acuentes linguas ſuas, ſicut Serpentis, & ſicut novacula acuta ſagittant in obſcuro rectos corde, dolendum certè ipſos timoris Dei oblitos, nemini parcere, & cum Diabolo, qui eſt Pater mendacij, etiàm in ipſum Sanctuarium Dei temerario auſu irrumpunt, & cum non modo probos quoſque, atque Eccleſiaſticos, & Religioſos viros, ſed omnes ipſos iniquiſſime carpunt famam eorum, violant, ac privatim, & publicè falſis criminationibus, atque ementitis inventis extimationem denigrant: Concionatores igitur eos arguant, increpent, ac Parochos, & Confeſſarios monitos volumus, ut ipſos inſtruant, & doceant de famæ reſtitutione, ad quam tenentur, non ſolum ſi falſum crimen imponant, ſed etiàm ſi verum detegentes, ac revelantes, vèl exagerantes proximi famam, verbo, ſcripto deoneſtaverint.

IV. Caveant deindè Confeſſarij, cum aliquis ipſorum, ad eos accedet inconſultò, ac præcipitantèr abſolutionem impendere; diſtinctè eos examinent; diudicent diligentèr malis ſicuti gravitatem, ac dignitatem perſonæ detractæ perpendant; nichilquè prætermittant, quod ejus famæ integrè ſarciendæ conſulere poſſit; nec facile acquieſcant verbis malitiæ, quibus uti ſolent, ad excuſandas excuſationes in peccatis, quo minus reſtitutionis onus ſubeant, nec unquam benè diſpoſitum putent,

putent, vèl ſanum qui cum ſtatim poſſit, velit illam differri, vèl moribundum, qui cum per sè valeat, velit poſt mortem per Confeſſarium adimplere.

V. Ad hoc autèm, ut tàm execrabile facinus, cenſurarum gladio, juguletur omnes, & ſingulos, qui libellos famoſos, vèl ſchedulas quaſcumque, etiàm verum continentes, infamiam irrogantes, aùt memorialia, vèl literas quas vocant cecas, falſum continentes, confecerint, vel ſcripſerint, vèl affixerint reſpective: conſcribentes, vèl ſcribere facientes dictas literas, ſchedulas, aùt libellos, auctoris tacito, aùt ſubficto, vel ſuppoſito alterius nomine adverſus quoſcumquè: Inſupèr detrahentes publicè, vèl privatim verbo, vel ſcripto famæ, & dignitati ſuperioris cujuſcumque gradus, & conditionis, ipſo facto excommunicamus, reſervata Nobis abſolutione.

CAPUT III.

De Concubinarijs, & Uſurarijs.

I. GRave peccatum eſt homines ſolutos Concubinas habere; Graviſſimum verò, & in Sacramenti Matrimonij ſingularem contemptum Uxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu vivere, & Concubinas proprio ſumptu Domi, vèl extrà habere: Ad hoc tàm grave malum reparandum, proùt cupimus excommunicationis ſententia, cedulonibus publicanda, mandat hæc Diæceſana Synodus coerceri hujuſmodi concubinarios, ſivè viri, ſivè fæminæ fuerint, tùm ſolutæ, tùm conjugatæ, ſi debetis monitionibus præmiſſis, minimè receſſerint à mutua hujuſmodi peccandi conſuetudine.

II. Et ſi excommunicatio promulgata non fuerit, nec eos abſolvi volumus, niſi facta inter ipſos reali ſeparatione, tàm quoad thorum, quàm quoad Domum; & quod adminus per duos Menſes, ſe continuerint, vel niſi certò, aùt valdè probabilitèr conſtet factos phiſicè, vèl moralites impotentes, aùt paulo poſt interſe matrimonium contracturos, dummodò phiſicè, & realiter ſint ſeparati.

III, Quo verò ad uſuram, ea certè òmni jure eſt prohibita, & peſtis eſt humani commercij, ac deteſtabile vitium, quòd inopes trucidat: Ad quod ergo tùm grave peccatum evitandum per ſæpè Parochi. Populum moneant, ne quid ultrà ſortem recipiatur ex mutuo, vel ex depoſito pecuniæ, neque per pactum, neque per ſpem futuri lucri; & multo minus ob dilatam ſolutionem, pluris juxto prætio frumenta ſegetes, & quelibet aliæ res vendantur, vèl opera locentur.

IV. Proùt quoque contractus uſurarios declaramus venditionis frumenti vitioſi, ſegetum aliarumque rerum, defectu aliquo laborantium cum pacto, ut tantundem boni, & integri reſtituatur, etiàm prætextu

V 2 dilatæ

dilatæ ſolutionis: Nec ab uſuraria labe, eſt immunis, qui, alicui dat mutuo *e.g.* decem, & in ſcriptura, ſeù apocha facit deſcribere undecim, vel qui recipit intereſſe alterius intereſſe.

V. Item ſi mutui detur de menſe Aprilis unus ordei modius, ut de menſe Auguſti unum frumenti modium, qui pluries valeat recipiat: Non tamen committit uſuram, quando, quis mutuat vetus triticum, ut tantundem novi, ſibi reddatur dummodo concurrat æqualitas prætij, ut tantum valeat vetus, quantum valebat novum, aùt valiturum ſperatur: Ita enim ſervatur æqualitas intèr datum, & acceptum, & nullus lucratur cum aliena jactura.

VI. Quod quæ etiam reputatur uſura, ſi mutuario, cui pecunia creditu. obligatio imponatur, ut mutuantis agrum colat, vèl mutuat, vèl ſuis Bobus aret, uvas colligat, & alia hujuſmodi faciat, vèl ut liceat in aliena paſcui Greges, vel equos immittere, in aliena Sylva ligna facere, aquam per fundum debitoris ducere, vèl ſi ob cauſam mutui, debitor, operas ſuas minoris locaverit, vel res vendiderit.

VII. Sixtus PP. V. in ſua Conſtitutione, quæ incipit: *Deteſtabilis avaritiæ*: Damnavit, & reprobavit, & Nos damnamus, & reprobamus contractus, conventiones, & pactiones; quibus mercatoribus, opificibus, negotiatoribus: & alijs perſonis ſuper eorum mercibus, officinis, tabernis, pandarijs, rebuſque alijs, ac bonis pecunias ſuas, aùt alias res ſocietatis nomine coferunt, vèl Greges armenta, aùt certa animalia agricolis, ſeù terrarum cultoribus, Paſtoribus, alijſque ruſticis, ſeù quibuſvis perſonis dant in ſocietatem, ſivè in ſoccidam, ut vocant, ea conditione, ut ſors ipſa, ſeù caput, quod vulgo dicitur *Capitale*, tàm pecuniarum, quàm animalium, & rerum, *ſalvum* ſemper, & integrum exiſtat, favore ejus, qui induſtriam, aùt operas, non confert in ſocietatem, ſed pecunias animalia, aùt res hujuſmodi, ut quæ omne periculum, & damnum contrà æquitatem, & ſocietatis juſtitiam ab altero Socio recipiente ſubſtineatur.

VIII. Et idem Sixtus V. eadèm ſua Conſtitutione, non eſſe contractus uſurarios declaravit, & Nos prò conſcientiarum ſerenitate declaramus, ſi unus, pecuniam, animalia, aùt alias res, & bona; Alter verò operam, & induſtriam conferat, purè, ſincerè, & bona fide juſtis, atque æquis conditionibus, & pactis ſecundum juris diſpoſitionem, ac ſine ulla prorſus fraude palliatione, aut uſurariæ pravitatis labe, aùt ſuſpicione, itaùt non ad certam ſummam, aùt quantitatem ab omni periculo; & damno, ut præfertur immunem lucri nomine perſolvendam, neque ad capitale, ſi caſu fortuito perit reſtituendum, ſocius accipiens teneatur.

IX. Si verò finita ſocietate ipſum capitale extat, ei, qui illud in ſocietatem contulit, reſtituatur, niſi ſocio recipienti fuerit communicatum, aùt aliter inter ipſos contrahentes ſuper eo legitimè conventum ſit: Ac

præ-

præterea iidem contrahentes fructus expensas, & damna in commune conferant, & prout æquum, & justum fuerit, ſibi communicent, atque dividant.

X. Notarij autèm ſcienter conficientes inſtrumenta, vel ſcripturas quaſcumque de Contractibus uſurariis, non abſolvantur, & excommunicentur.

C A P. IV.

De Sententia Excommunicationis;

U B I

De Monitoriis Excommunicatione ad finem revelandi.

I. Excommunicationis gladius certè ad continendos in officio Populos, nervus eſt Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & valdè ſalutaris: Volumus tamen, ut Curia Noſtra ſobriè, & cum magna circumſpectione, eo utatur, & neceſſitas, ubi aliter, non ſuadebit, nonniſi prævijs ſolitis monitionibus à jure ſtatutis.

II. Et ad hunc effectum antiquum ſtilum, & conſuetudinem Noſtræ Curiæ ad legitimè, & rectè ferendam excommunicationem, vel ad eam à jure, aut ab homine ipſo facto impoſitam, declarandam, quando reus perſonalitèr haberi non poteſt, per Synodalem Conſtitutionem Prædeceſſorum Noſtrorum comprobatum, ut bis Domi, ſuæ conſuetæ habitationis ille citetur, dimiſſa ipſius citationis, vel monitorij copia, aut ſi citandus, exterus ſit, vel conſtiterit ad perſonaliter, vel domi ipſum citandum, non eſſe tutum acceſſum, eadem citatio, vel monitorium ad valvas Noſtræ Cathedralis affigatur, hac Noſtra Synodali Conſtitutione, in ſuo robore, permanere decernimus.

III. Officiales autem Noſtri, invigilent, nè alij inficiantur communicando cum excommunicatis, & eos ab Eccleſiis expelli faciant: Si quis verò cum excommunicato publicè denunciato allocutus fuerit ſuprà tres vices, ſivè publicè, ſivè privatè, ultra excommunicationem minorem, quam incurrit, volumus, ut à nemine præterquam à Nobis abſolvatur.

IV. Quoverò ad literas monitoriales, quæ relaxantur ad finem revelandi, prò deperditis, aut ſubtractis rebus, volumus nè cuiquam, niſi iis concedantur, quò ob eam cauſam ſupplicem libellum, Nobis obtulerint, & eorum tantum præcibus, quorum civilitèr intereſt, non autem prò rè criminoſa, vel quæ infamiæ notam inurat, neque prò rè inſpecta rei perſonæ, & loci qualitate, quæ ſit parvi momenti, occulta omninò, vel quæ ità tamdiù amiſſa, aùt ſubtracta eſt ut illius memoriam veriſimile ſit omninò deperditam, nec umquam contrà perſonas certas, nec prò alio, ſi comparens, non habeat ſpecialem mandatum Procuræ, aut ſi inſtans ſit excommunicatus, vel notoriè criminoſus.

V. Re-

V. Revelationes verò, quæ fiunt vigore monitorialium, redigantur in ſcriptis, & ſinè juramento, etiam ſi fiant coràm Curiæ Urbanæ, vel foraneæ Cancellario, uti factæ ad conſcientiæ exonerationem: Et ante conceſſam per Nos, vel per Vicarium NoſtrumGeneralem publicationem, nemini pandatur; Et hac de cauſa advertant Parochi, ut illas clauſas, & ſigillatas ad Noſtram Curiam remittant, & Curia Noſtra copiam revelationum, non concedat, niſi cum clauſula, *ut inſtans illis, non utatur, niſi prò civili intereſſe, & civilitèr tantum agat, alias revelationes ipſæ, neque in judicio, neque extrà illud fidem faciant.*

VI. Et ſi revelationes infamiam, vel aliquid aliud contineant, unde oriri poſſit ſcandalum, eas, non concedat Curia Noſtra; Et ſi alias partium indemnitati conſuli, non poſſit, poterit concedi notula, per nomina, & cognomina eorum tantum, qui revelarunt.

VII. Advertant tamen Parochi, ut hujuſmodi monitoria, non publicent in Sanctiſſimis diebus, puta *Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti*, ejuſque *Circumciſionis*, *Paſchatis Reſurrectionis*, *Aſcenſionis*, *Pentecoſtes*, *Sanctiſſimi Corporis Chriſti*, aliiſque *ſolemnioribus*, niſi alias Nobis noſtro ſpeciali reſcripto, in Domino viſum fuerit: Nec ad fulminationem deveniant abſquè noſtra inſcriptis obtenta licentia, quæ numquam concedetur, niſi prævio revelationum examine,

C A P. V.

De Caſibus Reſervatis.

I. SAnctiſſimis Patribus, ut ait *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 7.*, viſum eſt magnoperè, ad Chriſtiani Populi diſciplinam pertinere, ut atrociora quædam, & graviora crimina, non à quibus, ſed à ſummis dumtaxat Sacerdotibus abſolvantur: Et quod, hac de rè Summi Pontifices prò ſuprema poteſtate ſibi in univerſa Eccleſia tradita, cauſas aliquas criminum graviores, ſuo peculiari judicio reſervant: Nequè dubitandum eſt, hoc idem Epiſcopis omnibus in unaquaque Diæceſi, licere prò illis in ſubditos tradita ſuprà reliquos inferiores Sacerdotes, authoritate, quam habent.

II. Et Nos veſtigia Patrum ſequentes, ac Sacrorum Canonum, & *Sac. Conc. Trid.* diſpoſitioni inhærentes prò ſuprema in Noſtros ſubditos, tradita ſuper alios inferiores Sacerdotes, auctoritate, & ad revocandum Chriſti fideles à gravioribus, & frequentioribus ſceleribus, infraſcriptos caſus cum cenſura, & ſinè cenſura annexa, reſpectivè Noſtro dumtaxat reſervamus, judicio: Nullus itaquè Confeſſarius, ſive Secularis, ſivè Regularis, aut Parochus ſit approbatus, vel approbandus ab eis quemquàm, mortis articulo, dumtaxàt excepto, ſine Noſtra ſpeciali facultate abſolvat, alias ſe incurſum noverit in pœnas contentas in decretis,

juſſu

Digitized by Google

juſſu *Clementis PP. VIII.*, & *Urbani PP.VIII.*, editis puta excommunicatione, privationem officiorum, beneficiorum, & dignitatum, & inhabilitatem ad audiendas Sacramentales Confeſſiones; Ad Prælaturas & ad officia; & abſolutio, alias data erit nulla: Et ad hunc effectum omnes facultates, tùm à Noſtris Prædeceſſoribus, tùm à Nobis, & à quibuſvis Officialibus abſolvendi à Caſibus, & Cenſuris reſervatis, ſivè oretenus, ſivè in ſcriptis, etiam ad tempus, non dum elapſum conceſſas, tenore præſentium prorſus revocamus.

III. *CASUS RESERVATI*,

In quibus, non eſt annexa Excommunicatio.

I.

BLaſphemantes Deum, vel Beatam Mariam Virginem, etiam ſi ſemel id fiat: Blaſphemantes verò Sanctos: Vel animas in comunione Eccleſiæ defunctorum, ſuprà quatuor vices: Et in utroque caſu ſempèr cum plena advertentia: Item cum excommunicato publicè denunciato, ſivè publicè, ſivè privatim ſuprà tres vices alloquentes.

II.

Homicidium voluntarium: Abortus etiam effectu, non ſequuto: Conſilium, vel auxilium, in utroque caſu datum: Parvulorum detentio in lecto, antè completum ætatis annum, abſque repagulo.

III.

Parentes, aliique prò quarta vice, eorum filios, & filias, quoſque habent ſibi ſuditos, vel ſub eorum cura reſpectivè, non mittentes ſtatis temporibus ad Eccleſiam prò Doctrina Chriſtiana: Feminę cujuſvis ſint ſtatus, vel gradus in cognatione, ſub prætextu conſuetudinis, vel convenientiæ, tempore luctus: Necnon puellæ Virgines honeſtatis prętextu, diebus feſtivis de præcepto Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium audire negligentes.

IV.

Debitores locorum piorum: Aut debitorum adminiſtratores, ſi intrà menſem, etiàm extrajudicialitèr requiſiti, cenſus, & redditus, non ſolverint: Stateras, menſuras, & pondera alterantes, vel falſificantes: nec non Bajuli, ſeù Baglivi, allique Officiales laici, prætio, amore, vel odio affidantes, ſeù Concordantes, cum præjudicio tertij.

V.

Concubinarij, & Concubinæ, etiam ante monitionem: Peccatum nefan-

nefandum inter perſonas, tam ejuſdem, quam diverſi ſexus, & in conjugatis quoad mares tantùm: Beſtialitatis peccatum.

VI.

Inceſtus in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis: Et in primo ex actu fornicario provenientes; Et in cognatione ſpirituali ſemper, quoad mares tantùm.

VII.

Stuprum Virginis cum violentia, aùt ficta promiſſione matrimonij: Copula poſt ſponſalia, etiàm ſi ſint Clandeſtina, antè celebrationem matrimonij: Necnon eorum Parentes, conſanguinei, vel affines, cujuſvis ſint ſexus, dictam Copulam, vel Sponſorum cohabitationem, aùt pernoctationem permittentes.

IV. *CASVS RESERATI*

Quibus eſt annexa Excommunicatio ipſo facto.

I.

ABuſus rerum, Sacrarum, Sacramentalium, & Sacramentorum, in ordine ed ſortilegia, maleficia, incantationes: Necnòn, & ipſa ſortilegia, maleficia, & incantationes.

II.

In Cauſa Civili, aùt Criminali, cum gravi damno tertij, falſum deponentes, aùt deponendum inducentes, falſiſque teſtibus depoſitionibus, & ſcripturis quibuſcumque, etiàm privatis, quomodocumquè utentes, directè, vel indirectè: Item falſum impedimentum matrimonij objicientes, & verum occultantes, & conſilium, vel auxilium ad illud dolosè objiciendum, vel occultandum dantes.

III.

Schedulas quaſcumque, ſeù libellos famoſos, etiàm verum continentes, infamiam irrogantes, vel memoralia, aùt literas, quas vocant cæcas, falſum continentes, auctoris tacito, vel ſub ficto, aùt ſuppoſito alterius nomine formantes, ſcribentes, conſulentes, tranſmittentes circumferentes, publicantes, & ſcienter affigentes reſpectivè.

IV.

Impedientes, aùt impedire attententes, ſivè per sè, ſive per alios, directè, aùt in directè, Officiales Epiſcopales quoſcumque, ne ordinaria, aùt à quolibet delegata, vel ſubdelegata juriſdictione utantur, etiàm ſi id fiat

id fiat auctoritate privata: Necnon carcerantes quoſcumque Miniſtros Noſtri Tribunalis, aùt in eos manus injicientes, & in utroque caſu, conſilium, auxilium, patrocinium, aùt mandatum præſtantes: Injurias graves contrà Clericos in eorum præſentia proferentes.

V.

Decimas fraudantes, aùt, non ſolventes, vèl earum ſolutionem impedientes: Scientes, & non revelantes, vel detinentes, aùt occupantes libros quoſcumque, et ſcripturas ad Eccleſias, vèl loca pia pertinentes: aùt doloſè legata pia occultantes: et Notarii, et Parochi, non tranſmittentes ad Noſtram Cancellariam Epiſcopalem, atteſtationem legatorum piorum, infrà duos menſes à morte teſtatoris: Necnon Proceſſus, acta, & documenta, & ſcripturas quaſcumque, ex Archivio, aùt Epiſcopali Curia, ſinè noſtra licentia extrahentes, ſupprimentes, violantes, comburentes, & ad id conſilium, auxilium, vel favorem præſtantes; & eas quomodolibet occupantes, vèl lacerantes.

VI.

Medici, qui viſitantes in lecto Infirmos, ſi poſt tres dies à viſitatione, vèl niſi prius alitèr neceſſitas urſerit, non curaverint, ut prædicti Infirmi peccata ſua idoneo Confeſſario confiteantùr, aùt alias ab Infirmi cura, non abſtineant Infirmus dùm uſquè ipſe pœnitentiæ, non ſuſceperit Sacramentum.

VII.

Confeſſarii, etiàm Parochi, perſonas quaſcumque, & cujuſcumquè ſint ſexus ex ſibi confitentibus, ſivè in actu Sacramentalis Confeſſionis, ſivè antè, ſivè immediatè poſt, aùt occaſione ex ipſa confeſſione quomodolibet accepta, ad turpia, vel impudica ſollicitantes.

V. Antè decimum quartum ætatis annum completum, neminem in prædictis caſibus, & Cenſuris reſervatis compræhendi volumus, ſed integrum ſit omnibus Confeſſariis, eos ab eiſdem abſolvere.

VI. Cæterum ſupradictis caſibus, ſivè cum cenſura, ſivè abſquè cenſura, dumtaxàt reſervatis, volumus omnes Confeſſarios, tùm Seculares, tùm Regulares à Nobis approbatos, audita integra Sacramentali Confeſſione, abſolvere poſſe à quibuſcumque aliis caſibus, & cenſuris, quæ per ædicta, aùt per Synodales Conſtitutiones, vel ex conſuetudine tantùm Nobis, uti Ordinario loci, ſivè Epiſcopo Larinen., quovis modo, reſervatos, noverint quamvis ſpecialem requirerent facultatem.

VII. Dum in ſolemnioribus, quibuſdam anni temporibus, vèl aliàs, prout Nobis in Domino expedire videbitur, abſolvendi à caſibus reſervatis, concedimus facultatem, volumus, ut conceſſio numquàm extendatur in caſibus, quibus, non eſt annexa excommunicatio, *ad ſecundum,*

Digitized by Google

quoad homicidium voluntarium, *& abortum*, *etiàm*, *non ſequuto effectu*, ad *tertium*, *non ſatisfacta parte cùm effectu*, nequè *ad ſextum*, & multò minus *ad ſeptimum*, quoad *copulam intèr Sponſos, & eam permittentes*: & in caſibus, in quibus annexa excommunicatio, numquàm omninò eam concedere intendimus, niſi hos in ſpecie, & expreſsè ſignificaverimus præſertìm *quo ad primum*, *& ultimum* in ordine.

VIII. Prout quoquè, quando Nos concedemus facultatem abſolvendi Conjuges ab inceſtu, proveniente ab affinitate, in primo, & ſecundo gradu, volumus quoquè conceſſam facultatem diſpenſandi in jure petendi debitum, aliàs non poterunt Confeſſarii in hoc diſpenſare abſq; noſtra licentia, etenìm ſi alter Conjux (*a*) inceſtum commitiat cum Conſanguineis alterius Conjugis, propter ſupervenientem novam affinitatem, quæ ex perfecta copula contrahitur, privatur jure petendi debitum, & Epiſcopis dumtaxàt, non autèm aliis inferioribus Sacerdotibus, integrum eſt ſuper hoc impedimento petendi debitum diſpenſare.

IX. Numquàm tamèn in prædictis comprehendi intendimus Penitentiarium Noſtrum, exceptis caſibus reſervatis, quibus non eſt annexa excommunicatio, quoad ſecundum, quoad *homicidium voluntarium*, *& abortum*, *ſequuto effectu*: Quoad *ſextum*: Et in caſibus quibus eſt annexa excommunicatio, volumus, ut eidem, non ſit conceſſa quoad *primum*, nequè quoad *ſextum*, & *ultimum*, & in aliis *ſempèr ſatisfacta parte*, *cum effectu*, & non aliàs: Declarantes dictum noſtrum Penitentiarium, non poſſe, prout eidem expreſsè interdicimus (*a*) aliis Confeſſariis abſolvendi facultatem à prædictis caſibus concedere, nec eos etiàm ad unum tantùm reſervatum, ſivè ad nudum miniſterium ſubdelegare, niſi hoc eidem expreſsè conceſſerimus, & non aliàs.

PARS VIII.

CAP. I.

Dè Foro Epiſcopali. *ubi* *De Judiciis*.

I. Vicarius noſter Generalis, quem in adjutorium noſtrum aſſumimus præcæteris totis viribus curet partium calumnias à Judiciis revocare, & litium ambigibus rejectis, invigilet, ut veritas, quo melius poterit abſquè tot ſubditorum diſpendiis eluceat: & in cauſis decimarum, mercedum, & miſerabilium perſonarum, alimentorum, afflictuum, & cen-

(a) *cap. 1. cap. tranſmiſſa cap. tua fraternitati de eo, qui cognovit cap. ſi quis viduam cum ſeq. 3. q. 7.* (b) *S C.C. 17 Jun. 1597. & in Coſentina 2. Maii 1648. Rot. in Neap. Penitent. 5. Jun. 1637. coram Merlino 9.*

cenſuum, qui à cauſis beneficiorum pendent, piorum locorum, & præſertim legatis piis, & funeribus, quæ in Noſtro Tribunali agitari contingerit, ſimplicitèr, & de plano ſinè ſtrepitu, & figuræ judicii, inſpecta ſola facti veritate, procedat, eaſque terminet.

II. Diebus feriatis, ſileat Curia Noſtra: & eos tantùm feriatos dies ſervandos eſſe decernimus, qui ex Kalendario Romano, & per Nos, ſecundùm laudabilem conſuetudinem fuerunt ſupra indicti *part. 4. cap. 3. num. 11.*: Ut nec etiàm conſentientibus partibus in ipſis procedatur, ſub pęna nullitatis actorum cauſis dumtaxàt exceptis, quæ à Sacris Canonibus diebus feſtis actitari permittuntur: & omnes alios dies feriatos, ſi qui de ſtylo, ſivè de conſuetudine introducti reperiantur, abrogamus, ut cauſæ ipſæ celeriùs expediantur.

III. In perquirendis ſcandalis, & relaxationis vitę peccatis ſedulò invigilet Vicarius noſter Generalis, & ubi opus erit, Nos conſulat, ut infectis ovibus opportunè providere, & aliàs à contagione liberare valeamus: Paſsìm examinet facultates ſuas, & numquàm eas excedat, & ſi ſecùs totum id inanè, & nullum declaramus, quod aliàs attentare auſus fuerit.

IV. Quæ ſaluberrimè ſancita ſunt in Conſtitutionibus Summorum Pontificum *Pii IV.* quæ incipit, *licet*, & *S. Pii V.*, quæ incipit, *licèt aliàs*, contrà delinquentes in contumaciam, quod delictorum pęnam, & privationem Beneficiorum: Nec non, & *barbarinam*, (a) quam vocant Conſtitutionem ſub datum Romæ 25. Maii 1641. quoad terminos contumaciales ſervandos in cauſis criminalibus amplectemur, & in foro noſtro reſpectivè ſervari volumus, & mandamus.

V. Cum ſatis ſuperquè experti ſumus, quantùm conferat ad publicam quietem, & quàm æquum ſit, quod Creditoribus concedatur aſſiſtentia, quam vocant in Noſtro Regno intrà triginta annos adverſus quoſcumque tertios poſſeſſores, in quos res obligata, alienata fuit: eam proptereà in noſtro foro, ſecluſis quibuſcumque ambagibus, & ſinè bonorum principalis diſcuſſione eiſdem præſtari mandamus ad terminos notę *Pragmaticæ* Ferdinandi I. *dè aſſiſtentia*.

VI. Quotiès Clerici habitum Clericalem dimittere, & Clericatui renunciare intendunt: Vicarius noſter Generalis hanc dimiſſionem, & renunciationem; non admittat, niſi prævio juramento per illos præſtito de eodem habitu, non reaſſumendo abſquè noſtra licentia; Prout quoquè Clerici, qui dimiſſo habitu clericali nuptias contrahunt viventibus, aùt mortuis uxoribus habitum clericalem reaſſumere, nullatenùs audeant, niſi cauſa à Nobis cognita; & conſtito, quod unicas, & virgines eas duxerint, nec de aliquo laicali munere rationem ſint reddituri, ac interpoſito ſolito decreto Noſtræ Curiæ Epiſcopalis.

VII. Promothor fiſcalis, vèl Magiſter Actorum noſtræ Curiæ recipiant literas, decreta, citationes, mandata, inhibitiones, quæ partibus inſtan-

(a) *apud Pelleg. in Praxi Vicar. p. 4. ſect. 1.* [illegible]

inſtantibus ad Nos, vel ad noſtram Curiam, Sacræ Congregationis de Urbe, Cameræ Auditoris Tribunal, vel Judices Metropolitani dirigunt plena, quà decet reverentia, & volumus quod ità habeantur, ac ſi Nobis, & Curiæ Noſtræ exhibita, & præſentata fuiſſent: Quod ſi hoc, non obſtante ea quis Nobis adhuc præſentare voluerit, noverit quod nullum contrà Nos, & noſtram Curiam in dictis Tribunalibus ſortietur effectum, ad terminos Conſtitutionis, hac de rè per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum *Benedictum PP. XIII.* æditæ, ad occurrendum audaciæ aliquorum, qui modis paſsìm inofficioſis, quærulis, ac petulantibus vocibus, Notariis, & teſtibus, tumultuosè ſtipati, Epiſcopos ſæpè per vias ſæpiſſimè in Eccleſia, divinis, incumbentes adeunt, ubi, omni, ergà, Dei, Miniſtros, ratione neglecta, irreverentèr eis citationes ipſas, literas, & decreta exhibent, temereque etiàm, ut quam citiſſimè reſpondeatur expoſtulant.

VIII. Appellationibus quibus, non ſit deferendum, non deferat Curia noſtra, prout eis, quibus deferri neceſſarium ſit, incuntantèr deferat, ſivè in devolutivo tantùm, ſivè in devolutivo, & ſuſpenſivo ſimul, ad formam Sacrorum Canonum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum: Et advertat ad inhibitiones, quas admittere, quaſquè reicere debeat, & quomodo admitti, quove reici debeant: ne per earum indebitam admiſſionem, aut rejectionem partibus præjudicium aliquod inferatur, & juſtia ſuum non ſortiatur effectum: & ad id evitandum intèr alia ſæpè perlegat decreta *Clementis*, *& Vrbani*, utriuſque *PP. VIII.* circà appellationes, necnon declarationes, & additiones, hac de rè ultimo factas per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum *Benedictum PP. XIII.*

IX. In cauſis criminalibus, aliiſquè ad Superiores Iudices pertinentibus, ut per hæc eadem verba habetur in noſtro Concilio Provinciali *XIII. tit.* 44. *num.* 17. ſi rei appellantes interpoſitam appellationem intrà ſex menſium ſpatium, proſequi neglexerunt, Curia noſtra, quæ erit judex à quò ad præſcriptum Conſt. 1. Pii V. incipiens, *licet juris*, ſuam exequatur ſententiam.

X. Et ſi prò delictorum ratione, & qualitate in delinquentes, pecuniarias penas irrogari contingat, eas in pios uſus erogari arbitrio noſtro decernimus: Et ad hunc effectum depoſitarium, quem appellant multarum deputatum, confirmamus, & volumus ut ipſe, præſtita cautione, de fidelitate ſervanda, earum pænarum, pecuniis accipiat, & de acceptis arbitrio noſtro, & coràm Nobis, & duobus Canonicis rationem reddere teneatur, & nihil niſi de ordine noſtro in ſcriptis relaxando expendere audeat.

XI. Cancellarius Noſtræ Curiæ, Proceſſus, & acta pendentes cauſarum, vèl ſcripturas ad eandem Curiam ſpectantes, penès ſe in Cancellaria Epiſcopali, & non extrà eam retineat, & numquàm partibus litigantibus, ſed earum Procuratoribus tantùm, de licentia Noſtri Generalis Vicarii,

carii, cum opus fuerit, extradat: & tunc ab illis proprio caractere eoſdem Proceſſus, & acta, vèl ſcripturas, cum adnotatione foliorum, nullo vitio affectorum, quibus conſtet, de traditione, & conſignatione prædicta adnotari curet in libro ad hunc effectum retento, & ut debito tempore reſtituantur, diligentèr advigilet: Nec cuipiam Proceſſus: ſcripturas, & documenta quæcumque, niſi de ſua manu, & ſe ſpectante legenda exhibeat: & advertat ad ea, quæ fuerunt diſpoſita ſupra *par.5.cap.8. num.2.*, circà traditionem actorum, Proceſſuum, & ſcripturarum, Archivario, faciendam, prò eorum conſervatione in Archivio, poſtquàm ea fuerint terminata.

C A P. II.

Dè Vicariis Foraneis.

I. Vicarii Foranei, qui in locis, ubi Nos, non ſumus præſentes, conſtitui ſolent, ad hoc, ut eorum miniſterio præſto ſimus, indigentiis Subditorum noſtrorum, quemadmodum ratione officii, ad quod aſſumuntur cæteris gradu, præcellere noſcuntur; ſic doctrina, pietate, prudentia, vitæ exemplo, & morum gravitate eiſdem præfulgeant: & diligentèr inquirant de Clericorum, & laicorum vita, ac moribus, & quomodo Eccleſiaſtici ſe gerant, & præſertim Parochi, & animarum Curatores in Paſtorali munere, & in lanternis ſcrutentur, ad Nos fidelitèr delaturi, nùm Clerus, & Populus, ut decent vivant, num proprius in Eccleſiis cultus adhibeatur, nùm ſuppellex ſacra debito nitore conſervetur, & Synodalium, ac Sanctarum Viſitationum decreta ſuæ ſint exequutioni, mandata.

II. Et, ſi quem Parochorum, Sacerdotum, Clericorum, aut quorumcumque noſtræ auctoritati ſubjectorum, aliquo vitio irretitum, vel ab Eccleſiaſtica diſciplina recedentem noverint, paternè moneant, quod ſi monita non profint, ad nos deferant.

III. Non permittant queſtuari ſinè noſtra licentia in ſcriptis: nec Miſſas celebrari à quovis Sacerdote extero, etiàm Regulari, niſi prout ſuprà ſtatuimus *par.3. cap.2. num. 9.*: Feſtorum dierum obſervantiam ab operibus ſervilibus vindicabunt: Invigilent paritèr, ne ſimul verſentur Sponſi antè contractum ſanctum matrimonium in faciem Eccleſiæ, & omnem adhibeant diligentiam ad extirpandum hunc diabolicum abuſum, undè tot ſcandala procedunt, ut ſuo loco diximus *par.2.cap.8.n.24.*

IV. In criminalibus, informativos Proceſſus tantummodò conficiant, & fidelitèr confectos, ad noſtrum Generalem Vicarium tranſmittant; & caveant, nè cum reis, ſe componant, eorumque exceſſus, ſilentio involuant, & nullo modo, ſe ingerant in cognitione cauſarum excedentium facultates ipſis conceſſas.

CAP.

CAP. III.

De Judicibus Synodalibus.

I. SAcroſancta Synodus Tridentina *Seſſ.25.de refor.cap.10.* Bonifacij PP.VIII. Conſtitutioni, quæ incipit, *Statutum*, inherendo, mandat, ut Concilij Diœceſanis aliquod perſonæ, quæ qualitates juxtà dictam aliarumque Summorum Pontificum Conſtitutiones habeant, deſignentur : Quapropter infraſcriptos prò hac noſtra Diœceſi, ad prædictarum ſanctionum, tenorem uſquè ad aliam futuram Synodum, & Nos nominamus, & vobis proponimus, & ſunt ſequentes v3.

II. *JUDICES SYNODALES.*

Rm̃us D. Carolus Abbas Galli V. J. *D., ac Sac. Theol. Profeſſor, Prothonotarius Apoſtolicus, Vicarius Noſter Generalis.*

Rm̃us D. Joannes *Andreas Abbas Tria V.* J. *D. Prothonotarius Apoſtolicus, Canonicus Pœnitentiarius hujus Cathedralis Eccleſiæ Auditor Noſter Generalis.*

Rm̃us D.Dominicus Fantetti Abbas del Bonefro V.J.D. Prothonotarius Apoſtolicus.

Rm̃us D. Alexander Puoti Abbas Sanctæ Mariæ Caſalpiano Oppidi de Morrone Noſtræ Diœceſis V.J.D. Prothonotarius Apoſtolicus.

Rm̃us D. Blaſius Abbas Cocco Oppidi Sanctæ Crucis V. J. *D. Prothonotarius Apoſtolicus.*

Quid igitur Placent nè vobis? & reſponderunt omnes. *Placent.*

CAP. IV.

Dè Examinatoribus Synodalibus.

I. MAndat inſupèr eadem Sacroſancta Trid. Synodus *ſeſſ.* 24 *de ref. cap.18.* § *Examinatores autèm*, ut ab Epiſcopis in Synodis Diœceſanis proponantur, & ab eiſdem probentur aliquæ Perſonæ, quæ Examinatorum officio fungantur : Nos igitur infraſcriptos prò hac noſtra Diœceſi ſimilitèr nominamus, & vobis proponimus.

II. *EXAMINATORES SYNODALES.*

Rm̃us D. Carolus Abbas Galli V. J. *D., ac Sac. Theol. Profeſſor, Prothonotarius Apoſtolicus, Vicarius Noſter Generalis.*

Rm̃us D. Joannes *Andreas Abbas Tria V.* J. *D, Prothonotarius Apoſtolicus, Canonicus Pœnitentiarius hujus Cathedralis Eccleſiæ; Auditor Noſter Generalis.*

DI-

Adm. Rev. D. Dominicus Romano Archidiaconus)
Prima Dignitas.)
Adm. Rev. V. J. P. D. Pardus Antonius de Amicis) *Dignitates, & Ca-*
Archipresbyter Secunda Dignitas.) *nonici Cathedralis*
Adm. Rev. D Franciſcus Antonius Maria Brencola.) *Eccleſiæ Larinen.*
Adm. Rev. V. J. P., D. Pardus Maria Brencola.)
Adm. Rev. V. J. D. D. Oratius de Stephanis Canoni-)
cus Theologus.)

R̃mus D. Ioannes Ventapane Civitatis Marathea Caſſanen. Diœceſis, Doctor, & Magiſter in Sacra Theologia Noſtri Almi, & Incliti Collegij Theologorum Neapolis, Miſſionarius Prothonotariuſquè Apoſtolicus, Theologus Noſter.

Rev. V. J. D. Joannes Baptiſta Franceſchini, Parochus ſub titulo S. Pardi Larinen.

Rev. D. Joannes Baccari, Archipresbyter Oppidi del Bonefro.

Rev. D. Hyeronimus Magliano, Archipresbyter Oppidi Montorii.

Rev. V. J. D. D. Dominicus Gargjuli, Archipresbyter Oppidi Caſacalendæ.

Rev. D. Petrus Moſſa, Archipresbyter Oppidi de S. Martino.

Rev. D. Michelangelus Cocco, Archipresbyter Oppidi Sanctæ Crucis.

Rev. D. Marcellus Corcilli, Archipresbyter Eccleſiæ Sancti Mercurii Oppidi Serræ Capriolæ.

Rev. D. Laurentius Facciolla, Archipresbyter Oppidi del Rotello.

Rev. D. Vincentius Arteſe, Archipresbyter Oppidi Montis longi.

Rev. D. Antonius Ferulano, Archipresbyter S. Mariæ in Sylvis Oppidi Serræ Capriolæ.

Rev. D. Nicolaus Simonelli, Archipresbyter Oppidi de Morrone.

V. J. D. D. Cajetanus Ventapane, Parochus inſignis Eccleſiæ ſub titulo S. Blaſij Civitatis Marathea Caſſanen. Diœceſis.

V. J. D. D. Primianus Abbas la Civita.) Serræ Capriolæ.
V. J. D. D. Michael de Luca.)

V. J. D. D. Dominicus Antonius Abbas Mucci Oppidi S. Martini.

V. J. D. D. Salvator Simonetti Oppidi Serræ Capriolæ.

V. J. D., & Sac. Theol. Profeſſor, D. Julius Niſſi, Beneventanus.

R̃mus V. J. D. Dominicus Abbas Fantetti del Bonefro Prothonotarius Apoſtolicus.

R̃mus V. J. D. D. Alexander Puoti Prothonotarius Apoſtolicus, & Abbas S. Mariæ de Caſalpiano Oppidi de Morrone Noſtræ Diœceſis.

R̃mus V. J. D. D. Blaſius Abbas Cocco Oppidi Sanctæ Crucis Prothonotarius Apoſtolicus.

EX REGULARIBUS.

Adm. Rev. Pater Fr. Nicolaus Vitullo, Magiſter in Theologia, Ex-Provincialis, & Guardianus hujus Venerabilis Conventus Ordini, Mino-

norum

norum Conventualium S. Franciſci, Theologus noſter.
Adm. Rev. P. Fr. Joannes Baptiſta Gentilpullini Ordinis S. Hyeronimi Congregationis B. Petri è Piſis, ex Provincialis, Diffinitor Generalis, Examinator Synodalis Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolis, Lector jubilatus, & inſignitus.
Adm. Rev. P. Fr. Bonaventura à Turre majori, Lector jubilatus, & Diffinitor Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia, Guardianus Venerabilis Monaſterii Oppidi de S. Martino.
Adm. Rev. P. Fr. Seraphinus à Terlitio Diffinitor, Lector jubilatus.
Adm. Rev. P. Fr. Dominicus à Montefarchio Concionator.
Adm. Rev. P. Fr. Spiritus da Motrone Concionator.
} *Strictioris obſervantia S. Franciſci.*
Adm. Rev. P. Deusdedit Bajardi Sac. Theol. Lector Ordinis Sancti Hyeronimi Congregationis S. Petri è Piſis *Theologus Noſter*.
Quid igitur; *Placent ne Vobis*? & reſponderunt omnes; *Placent*.

CAP. V.

De Teſtibus Synodalibus.

JUre cautum eſt, ut *Can. ſi Epiſcopi in Synodo 35. q. 6.*, ut in Synodo Diœceſana aliquot viri ſeligantur, qui animadvertant diligentèr, an aliquid in Urbe, aùt Diœceſi ſit, quod corrigi debeat, atquè ſi quid tale dignoverint, Nobis; vèl Vicario Noſtro rogati, fidelitèr ſignificare teneantur. Huic ergò muneri prò hac Civitate, & Diœceſi eligimus viros, quorum nomina id agant, quod ipſis incumbit, in ſchedula noſtro ſigillo ſignata; clauſa redicentur.

CAP. VI.

De Conſtitutionibus Synodalibus.

NOſtrum, ut potuimus informandis, quas ad Catholicam Fidem Sanctam, Sarctam, tectam, ſervandam, ad Divini cultus, incrementum, ad Eccleſiaſticam in Clero diſciplinam ſtabiliendam, & ad fidelium, Noſtræ Paſtorali curæ, congreditorum, ſpiritualem utilitatem præmittimus, Synodalibus Sanctionibus perſolvimus penſum: Dei gloria nobis ſempèr, Gregiſque noſtri, ob oculos utilitate dumtaxàt propoſita: nihil noſtro ingenio, genio, aùt voluntati indulgendo cujus rei, Deum perquem legum conditores juxtà decernunt, & qui Cordium Noſtrorum in lucernis ſcrutatur tenebras teſtem adducimus: & quæ ſtatuimus, vel monuimus decerpta ſunt ex decretis, ordinationibus, edictis, & præceptis, ac le-

ac legibus, & aliis Conſtitutionibus Synodalibus Anteceſſorum noſtrorum, ſacriſque Canonibus, aut per Nos, ex quo hanc Noſtram ſuſcepimus Paſtoralem Curam in Noſtra Generali viſitatione, & dùm ſingulas quaſque invisimus Eccleſias, loca, & perſonas, & aliàs, prout juxtà opportunitatem Spiritu Sancti illuſtratione, Nobis in Domino viſum fuit emanatis, vel à Sacris Canonibus, Apoſtolicis Conſtitutionibus Concilis Generalibus, preſertim Tridentino, Sacrorum Congregationum Decretis, & ex Rituali Romano, quibus etiàm quiſquè vinctus tenebatur, collectis, & tantummodò per diligentiam, & auctoritatem Noſtram ea in unum propoſuimus, & cujuſque uſu digeſſimus, & accomodavimus.

Erunt itaquè, & viciſsìm noſtrorum filiorum partes, quæ ipſis amantiſſimus, ac ſollicitus Pater profutura tradit, alacri animo, obviiſque ulnis excipere, & omni conatu contendere, ut eadem operi ſic demandent, ùt non ſibi ſolùm, eas leges decretas putent, ad quas ſtudioſiùs, ac antcà componant certam, & forment mores; verùm, ùt, & aliis, etiàm exemplo ſuo eſſe poſſint, adjumento.

At ſi quis fortè erit, quod non ſperamus, cui nonnulla nobis propoſita diſpliciant; ipſum rogatum volumus, ut expendat per ſe, aùt ab iis, qui ſolidè ſapiunt exquirat, quodnam ſuum ſit munus in iis excipiendis, quæ ipſius Jeſuchriſti nomine proponuntur, qui olim dixit, *qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit*, & quam Deo exacta reddenda ſit à nobis ratio, expendat: & tunc certè lamentationis ratio, omnis ceſſabit, quin, & Nobis, qui, Chriſto auctore, illa præſcribimus, ſi ſeriò, ſi ſapientèr, ſi ex ſua utilitate agere velit, gratias aget, & noſtram laudabit curam, noſtrum ſtudium, amoremque amplexabitur noſtrum.

Quæ enim præcipimus Chriſti Jeſu Supremi Paſtoris, ac Judicis nomine præcipimus: Audient propterea hæc, prout in Dominò enixè ſperamus omnes oves noſtræ, Capitulares præſertim, Parochi, & Eccleſiaſtici, cujuſvis ſint ſtatus, gradus, & conditionis, & libentèr audient, ne illud aliàs invitè audiant: *Maledicti, qui declinant à mandatis tuis*: quod Deus per ſuam infinitam miſericordiam, non permittat.

Curent propterea omnes, ad quos pertinet, quæ præſentibus Conſtitutionibus Synodalibus determinta ſunt, virtutis amore, fidelitèr ſervare, ut penarum exequutioni nullus relinquatur locus: liberum tamen Nobis facimus eaſdem prædictas Conſtitutiones, ubi opus ſit, mutare, corrigere, imò ſi prò temporum ratione, neceſſarium fuerit ſupèr eiſdem, cum perſonis noſtræ auctoritati ſubjectis, diſpenſare, atquè tandem illis addere, quæ nobis in Domino addenda videbuntur: Et ſi quid, vèl declarandum, vèl interpretandum in earumdem ſanctionum obſervantia contingerit, id Nobis, & Succeſſoribus noſtris dumtaxàt expreſsè reſervamus.

Volumus autèm nullo unquam tempore, & ex quacumque etiàm longa deſuetudine, vèl alitèr quomodocumque cenſeri dictas Conſtitu-

tio-

tiones Synodales abrogatas: & moderandi, atquè eis ſine nova Synodi coactione derogandi ius, quoties prò rerum, & temporum varietate, derogandum videbitur, ſemper tamen cum expreſſa omninò hujuſmodi derogationis mentione nobis, & ſucceſſoribus noſtris dumtaxàt, non autèm Vicariis Generalibus facultatem reſervamus, niſi expreſsè id ipſis fuerit conceſſum.

Conſtitutiones verò Synodales Prædeceſſorum noſtrorum, aliaque Decreta, & ſtabilimenta, tùm eorum, tùm noſtrorum, quatenùs præſentibus adverſantur ad harum terminos hæc noſtra Diæceſana Synodus reducit: In his tamèn, quæ eiſdem minimè adverſantur illas, non revocamus, ſed potiùs præſentibus confirmamus, & pari modo inviolabilitèr obſervari mandamus.

Declarantes cum in prævaricatione harum Conſtitutionum alicubi nulla reperiatur propoſita pœna contrà tranſgreſſores, pęnis à Sacris Canonibus, & Summorum Pontificium Conſtitutionibus, decretis, & aliis arbitrio noſtro eſſe, Nos prò delictorum, & perſonarum qualitate animadverſuros.

Mandamus tandèm omnibus, & ſingulis dilectis Nobis in Chriſto Canonicis, aliiſque de Capitulo noſtro, & Archipresbyteris, Parochis, Abbatibus, Confeſſoribus, Sacerdotibus omnibus in Sacris Ordinibus conſtitutis, & in aliis quoquè minoribus, aliiſque omnibus ad quos pertinet, ut ſinguli Codicem hunc Synodalium ordinationum noſtrarum, cum adjunctis appendicibus, quem propè diem imprimendum curabimus, habeant; & crebrò illas perlegant, à vetitis, & prohibitis, ſe abſtineant, & præcepta religioſè exequantur: Quodque perficere, non graventur Regularium Superiores prò ſuis muneribus ritè obeundis, in quibus præſentes Synodales ſanctiones, ipſos, reſpiciunt.

Volumus autèm, ut hunc Conſtitutionum Synodalium Codicem in Scholis, & præſertim in noſtro Sacro Seminario, Junioribus explicandum, Profeſſores artium, extradant, ad hoc, ut harum ſanctionum lacte enutriti, à primis annis vitam Chriſtianam, & Eccleſiaſticam reſpectivè laici, & Clerici, ſibi inſtituant, & in ea erudiantur: Prout quoquè Congregationum Caſum Conſcientiæ Præfecti primis temporibus, ac Codex prædictus fuerit typis impreſſus in eiſdem Congregationibus illas paulatim, ut habetur in inſtructione prò eiſdem Congregationibus, & à primo ad finem earum uſquè, ad omnium captum, explanare, non graventur.

Et tandèm per quam enixè monemus, atquè in Domino adhortamur Vicarium noſtrum Generalem à cujus ſollecitudine, officio, & auctoritate harum Synodalium Sanctionum totalis pendet fidelis exequutio, ut nullo ſtudio prætermiſſo, earum obſervantiam, diligentèr, & ſedulò curet.

Quas quidem noſtras Synodales Conſtitutiones prò ea, quam ergà Sanctam Romanam Eccleſiam, quæ eſt Columna, & veritatis firmamentum,

tum, atque aliarum Eccleſiarum Mater, & Magiſtra, profitèmur, ſubmiſſione, ſuo judicio, & auctoritati reverentèr, & humillimè ſubiicimus: & ſi eas, mutare, corrigere, aùt emendare voluerint, immutentur, corrigantur, & emendentur, vèl ſi dignabitur fulgiantur: & ità lectæ, & publicatæ poſt duos menſes ab hodie omnes afficiant, & ſe habeant, ac ſi cuilibet de perſona fuiſſent legitimè notificatæ, & intimatæ.

Quid igitur, licèt ad id non teneamur: Placent nè vobis?

Reſponderunt omnes viva voce, viviſque ſuffragiis: *Placent*: *Placent*:

Ita eſt Joannes Andreas Epiſcopus Larinen. ſubſcripſi, confirmo, & approbo, & ità decerno.

Ego D. Dominicus Romano Archidiaconus, interfui.

Ego D. Pardus Antonius de Amicis Archipresbyter, interfui.

Canonico D. Gio: Battiſta Raimondo, Decanus tertia Dignitas interfui.

D. Joannes Beltramma Theſaurarius, Cymilierca, interfui.

D. Joſeph Montanaro Canonicus, interfui.

Ego Canonicus Joannes Franciſcus Antonius Brencola Presbyter, interfui.

Ego Canonicus D. Laurentius Marulli, interfui.

Ego D. Philippus Jacobus Canonicus de Amicis, interfui.

Pardus Maria Canonicus Brencola, interfui.

Joſeph Canonicus Caprice interfui.

Ego Oratius de Stephanis Canonicus Theologus, interfui.

Joannes Andreas Tria Canonicus Pœnitentiarius, interfui,

Ego V. J. D. Joannes Baptiſta Franceſchini Parochus S. Pardi, interfui.

Ego Clericus Nicolaus Veronenſis Parochus Sanctæ Mariæ Pietatis, interfui.

Ego D. Angelus Peta Archipresbyter Campimarini, interfui.

Ego D. Joannes Baccari Archipresbyter Bonefri, interfui.

Ego Angelus Archipresbyter Rituccio Oppidi Collis torti, interfui.

Ego D. Pardus Antonius Luce Archipresbyter Porticannone, interfui.

Ego D. Petrus Antonius Francarii Archipresbyter Oppidi S. Juliani, interfui.

Ego D. Joſeph Franceſchini Archipresbyter Providenti, interfui.

Ego D. Hyeronimus Magliano Archipresbyter Oppidi Montorii interfui.

U. J. D. D. Dominicus Gargiulo Archipresbyter Oppidi Caſacalendæ interfui.

Ego D. Andreas Negro Archipresbyter Oppidi Auroræ, interfui.

Ego D. Nicolaus Simonelli Archipresbyter Terræ Morroni, interfui.

Ego D. Petrus Moſſa Archipresbyter de Oppido Sancti Martini, interfui.

Ego D. Michelangelus Cocco Archipresbyter de Oppido Sanctæ Crucis, interfui.

Ego D. Marcellus Corcilli Archipresbyter S. Mercurii Terræ Serræ Capriolæ, interfui.

Ego Mutius Groſſi Archipresbyter Ripebutunorum, interfui.

Ego D. Joannes Laurentius Facciolli Archipresbyter Rotelli, interfui.

Ego Vincentius Arteſe Archipresbyter Terræ Montislongi, interfui.

Ego D. Antonius Ferulano Archipresbyter Sanctæ Mariæ in Sylvis Terræ Serræ Capriolæ, interfui.

Ego D. Theodorus Ximinicò Æconomus latinus Terræ Chicuti, interfui.

Ità eſt Joannes Andreas Tria Canonicus Pœnitentiarius, & Sanctæ Synodi à Secretis.

Ità eſt D. Joannes Laurentius Facciolli Archipresbyter del Rotello Domini Secretarij Coadjutor.

ROGITUS AGTORUM.

IN Dei nomine Amen. Præſenti pulicò Inſtrumento, cunctis pateat, & evidentèr ſit notum, qualitèr Preſidente Illmo, & Rmo in Chriſto Patre, & Domino D. Joanne Andrea Tria, Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Gratiæ Epiſcopo Larinen, ac præſente Rmo Capitulo eiuſdem Cathedralis Eccleſiæ Larinen, univerſoquè eiuſdem Civitatis, & Diæceſis Clero, & præſertìm omnibus omninò RR. Archipresbyteris, Parochis, alijſque Curam Animarum in Civitate, & Diæceſi habentibus, ſervatis de iure ſervandis legitimè congregatis, decreta, & Synodales Conſtitutiones omnes ſupradictæ à prima ad ultimam, ac de verbo ad verbum præmiſſis de iure præmittendis, & priùs diligentèr in privatis, & præſynodalibus Congregationibus à viris prudentia, & doctrina præditis, atquè pietate præſtantibus, legitimè diſcuſſis, habitoque ſupèr eiſdem Conſilio eiuſdem Rmi Capituli, Capitularitèr Conventu una cum omnibus RR. Parochis, & Archipresbyteris ad abundantiam coram eodem. Illmo, & Rmo Domino coadunatis, voce alta, & intelligibili lectæ, & publicatæ fuerunt per Rmum D. Joannem Andream Tria Canonicum Pœnitentiarium eiuſdem Cathedralis Eccleſiæ Prothonotarium Apoſtolicum, eiuſdem Illmi, & Rmi Auditorem Generalem, & Sanctæ Synodi a Secretis, in eadem legitimè electum: quibus decretis, & Conſtitutionibus ſynodalibus, ut ſuprà lectis, & publicatis, inſtantibus ad omnem bonum finem, & effectum

ctum RR. Promotoribus fiſcalibus, & Requirentibus, ab omnibus tàm de Rm̃o Capitulo, quàm à RR. Parochis aliiſque de Clero Archipresbyteris, & ſimilibus, unanimiter ſpontè, & liberè fuerunt nemine contradicente recepta: & ad interrogationem ipſis ex abundanti factam, ſi illa eiſdem placerent, omnes viva voce, viviſque ſuffragiis, & cum plauſu reſponderunt. Placent, Placent. *Supèr quibus omnibus, & eorum ſingulis per Adm. Rev. V. I. P. D. Pardum Breucola Canonicum huius Cathedralis Eccleſiæ, necnon per Rev. V. J. D. D. Dominicum Gargiuli Archipresbyterum Caſæcalendæ eiuſdem Sanctæ Synodi Promotores, petitum fuit, ut Nos infraſcripti tamquàm Synodi Notarij, unum, vèl plura conficere, atquè tradere deberemus Inſtrumentum, ſeù Inſtrumenta &c. Nos autem &c., & ita &c., omni &c.*

Acta in Sancta Cathedrali Eccleſia Larinenſi, anno à Nativitate Domini, milleſimo ſeptincenteſimo vigeſimo octavo, Indictione ſexta, Pontificatus autèm Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini D. Benedicti D. P. PP. XIII. anno quarto. Præſulatus autem eiuſdem Illm̃i, & Rm̃i Dñi Epiſcopi Larinen anno nono Epiſcopatus verò huius Eccleſiæ Larinen anno ſecundo, diebus verò undecima, duodecima, & decima tertia menſis Aprilis, de mane, & de ſero, in totidem ſeſſionibus legitimè habitis, & ſolemnitèr ad formam diſpoſitionis Pontificalis Romani celebratis, frequenti Populo in omnibus ſeſſionibus ex ſpeciali permiſſione Illm̃i, & Rm̃i Domini Epiſcopi Præſidentis, qui decreta, & Conſtitutiones, etiàm chriſtianam diſciplinam tangentes, ad captum omnium benignitèr explicuit, proùt ea lecta, & publicata fuerunt. Præſentibus magnificis Doctore Phiſico Joanne de Stefano magiſtro iurato, Petro Romano, & Marco de Amicis Regio Notario, teſtibus &c., & ita &c., omni &c.

Ita eſt Ego D. Adeodatus Vietri Presbyter Larinen Cancellarius Epiſcopalis, Publicus Auctoritate Apoſtolica Notarius, & Sanctæ Synodi Notarius, rogatus ſubſcripſi, & ſolito ſigno ſignavi &c. Adeſt ſignum.

Ita eſt Ego Fulvius Roſa Presbyter Colliſtorti Publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, & huius Sanctæ Synodi Notarius electus, & deputatus, requiſitus &c. ſignavi &c., & in fidem &c. Adeſt ſignum.

APPEN.

APPENDIX

AD

Primam Synodum Diœceſanam Larinenſem

Anno à Chriſto nato MCCXXVIII.

I.

Editto Sinodale, *col quale ſi ordina à rivelare giuridicamente coloro, de quali ſappiano, ò abbiano avuto, ò averanno notizie d'aver commeſſo l' infraſcritti errori, e delitti* da publicarſi due volte l'anno, cioè la prima Domenica di Quadrageſima, e la prima Domenica dell'Avvento.

Ad part.1.Cap.1.num.2.part.2.cap.5.num.15.16.& 17. part.7.cap.1.per tot.

GIOVANNI ANDREA TRIA Cavaliere dell'Ordine di S. Giacomo, per la Grazia di Dio, e della Sede Apoſtolica, Veſcovo di queſta Santa Chieſa di Larino, Prelato Domeſtico di Noſtro Signore, del di lui Soglio Pontificio Veſcovo aſſiſtente Barone di Ururi.

INvidiando l'Angelo delle tenebre, la gloria dovuta al Sign.Iddio,ſuo Creatore, e cercando tutte le ſtrade per accreſcere numero de Dannati, che faccino la giù nell'Inferno al medeſimo compagnia, quantunque, ſuo mal grado, magiormente ſe gli accreſca con queſto la pena, non tralaſcia il maligno, ſtrada per togliere al Signore quello, che dalle Creature, ſpecialmente ragionevoli è à lui dovuto, e dare alle medeme Creature quelche loro è indebbito, ò inducendole ad attribuire a ſua Divina maeſtà quel che non ſe le compete con varie ſorte di beſtemmie, idolatrie, ſortilegii, e ſimili eccesſi, colli quali non ſolo ſi macchiano i buoni, e criſtiani coſtumi, ma anche la noſtra Santa Fede. Et eſſendo di dovere, che tali errori ſi ſradicano dal Criſtianeſmo, e che ogn' uno riconoſchi il Signore Iddio perquelche egli è ne ſuoi Divini attributi, e le Creature perquelche parimente loro ſono, e che ogn'uno ne ſuoi biſogni ricorra al medeſimo,diſprezzando ogn' altro ajuto, che totalmente non ſia da lui dependente, e ſecondo i ſuoi ſanti Precetti, come pernicioſo alla ſalute delle Anime: Noi per tanto, à quali deve eſſere à cuore la ſua ſantiſſima Gloria, la conſervazione della Santa Fede Cattolica, e la ſalute dell'Anime commeſſe alla Noſtra Cura Paſtorale, volendo provedere al diſſordine, che oſſerviamo in queſta Noſtra Dioceſi, dove molti per malitia, altri per diſſubedienza, & altri per ignoranza non ſodisfano all' obligo, che hanno di denunciare à Noi l' infraſcritti delitti, da

ti, da donde ſuccedano grandiſſimi inconvenienti, & errori, non ſolo contro i buoni, e criſtiani coſtumi, ma eziandio contro la purità della Noſtra Santa Fede, per i ſortilegii, ſpecialmente magie, ſtregherie, incanteſmi, vane oſſervanze, e ſimili, che con gran cordoglio dell'animo noſtro, e quaſi ſenza ritegno ſentiamo commetterſi in eſſa, colla noſtra autorità ordinaria, & in ogn'altro miglior modo, comandiamo invirtù di ſanta ubbedienza, e ſotto pena di Sommunica di lata ſentenza, oltre dell'altre pene preſcritte da Sacri Canoni, Decreti Apoſtolici, Coſtituzioni, e Bolle de Sommi Pontefici per tenore del preſente Editto tutti, e ciaſcheduna perſona di qualunque ſtato, grado, e condizione, ò dignità, così Eccleſiaſtica, come Secolare, che frà il termine di un meſe, dieci del quale ſiano per il primo, dieci per il ſecondo, e dieci per il terzo termine per emptorio ſi debbia rivelare, e giuridicemente notificare à Noi, ò al Noſtro Vicario Generale, tutti, e ciaſcheduno di quelli, de quali ſappiano, ò abbiano, ò averanno notizia.

I. Che ſiano Eretici, ò ſoſpetti, ò diffamati di eriſia, ò credenti, ò fautori, ò ricettatori, ò difenſori loro: ò abbiano aderito, ò aderiſcono à riti de Giudei, ò Maumettani, ò de Gentili, ò abbiano Apoſtatato dalla Santa Fede Cattolica.

II. Che abbiano fatto, ò facciano atti, da quali ſi poſſano argomentare patto eſpreſſo, ò tacito col Demonio, eſercitando incanti, magie, ſortilegij, porgendoli ſuffumigj, ò Incenſi per trovar Teſori, & altri intenti, chiedendo da lui riſpoſte, & invocandolo, & à queſto effetto promettendogli ubedienza, e conſecrandogli pentacoli, libri, ſpade, ſpecchi, ò altre coſe, nelle quali intervenga il nome, & opera ſua.

III. Che ſiano ingeriti, ò ingeriſcono in fare ſperimenti di Negromanzia, ò di qualſivoglia altra ſorta di Magia, con entrare ne circolj, fare il pernotto, ò pernottare l'animali, come dicono, fare eſperimenti della Carafa, ò del Crivello, ò ſia Setaccio, per ritrovare i medeſimi Teſori, coſe naſcoſte, e perdute, fare qualſiſia ſorte di veneficio, curare il mal occhio, di ſtraccatura, mald'arco, e qualſiſia altra ſorte di male, tanto nelle Creature ragionevoli, che irragionevoli, con parole, ſegni, & iſtrumenti improprij à tal' effetto, che non poſſono adoprarſi ſenza patto tacito, ò eſpreſſo col Demonio, ſervendoſi ſpecialmente della Cortella, che chiamano in Dioceſi, del manico del cortello dell'acqua Santa muta, della miſura in Croce delle perſone, dell'oglio nell'acqua, che chiamano l'incanteſmo dell'oglio, così pure guarendo dalle legature, ò abbaſcino, ò conciliare l'amore con modi inproprij ſudetti, e fare altre ſimili ſuperſtizioni azzioni ad altri fini maſſime con abuſo de Sacramenti, e Sacramentali.

IV. Che ſenza licenza dovuta ritengono ſcritti, che contengono ereſie, ò libri d'eretici, che trattano expreſſo di religione, ò che l'abbiano letti, ò tenuti, ò ſtampati, ò fatti ſtampare, ò gli leggano, tenghino, ſtampano, faccino ſtampare, introducano, ò difendano ſotto qualſivoglia preteſto, ò colore.

V. Che

V. Che abbino libri di Negromanzia, magia, ò continenti incanteſmi, ſortilegii, e ſimili ſuperſtizioni, maſſime con abuſo di coſe Sacre.

VI. Che contra il voto ſollenne fatto nella Profeſſione in qualſivoglia Religione approvata, ò dopò di aver preſo l'Ordine Sacro abbiano contratto, ò contraggono matrimonio, ò che vivendo la prima moglie pigli la ſeconda, ò vivendo il primo marito, pigli il ſecondo.

VII. Che contro i Decreti, e le Coſtituzioni Apoſtoliche abbiano abuſato, ò abuſino il Sacramento della Penitenza, ſervendoſi della Confeſſione, e Confeſſionarii à fini diſoneſti, ò tra di loro, ò con altri in atto della Sacramental Confeſſione, ò prima, ò dopò, ò col preteſto della Confeſſione, ſollecitandoli *ad turpia*, ancorche non ſiegua la Confeſſione, ò fuori coll' occaſione della Confeſſione in Confeſſionario, ò in qualſivoglia luogo, dove ſi ſentono le Confeſſioni Sacramentali, ò quello eletto per udire le Sacramentali Confeſſioni, fingendo in detto luogo aſcoltare le Confeſſioni Sacramentali, avendo con eſſo loro diſcorſi di coſe illeciti, e diſoneſte, trattati, ſegni, ò atti, non convenienti al fine per il quale è ſtato inſtituito queſto Santiſſimo Sacramento, & inducenti à coſe diſoneſte.

VIII. Che abbiano proferite ò proferiſcono beſtemmie Ereticali contro di Dio, la Beata Vergine, e Santi, ò procedono à qualche atto, e diſprezzo, contro le Imagini, e figure rappreſentanti i medeſimi.

IX. Che abbiano tenuto, ò tengano occulte conventicole, ò radunanze in pregiudizio, diſprezzo, ò contro la Religione.

X. Che abbiano indotto qualche Chriſtiano ad abbracciare il Giudeiſmo, ò altra ſetta, che ſia contraria alla fede, ò impedito i Giudei, Turchi, ò Gentili à battezzarſi, ò altri Eretici, ò Sciſmatici abjurare i loro errori, ed abbracciare la noſtra Religione Cattolica.

XI. Che non eſſendo ordinati Sacerdoti s' abbiano con ſacrilego ardire uſurpato, ò ſi uſurpino celebrare la Santa Meſſa, ancorchè non abbiano proferito le parole della Confecrazione, o abbino preſunto amminiſtrare il Sacramento della Penitenza à fedeli di Criſto, ancorche non ſi ſia venuto all' atto dell' aſſoluzione.

Inoltre ſi dichiara, che quelli, i quali non denunciaranno, come ſi ordina col preſente noſtro Editto, non poſſono eſſere da alcuno aſſoluti, ſe non da Noi, dopò che averanno avanti di Noi giuridicamente rivelato i delinquenti, al che non poſſono ſodisfare con bollettini, ò lettere ſenza nome, e cognome dell' autore, ò altri modi incerti.

Si dichiara anche, che colla ſudetta eſpreſſione de caſi di ſopra da Noi ſpecificati, da rivelarſi, non s' eſcludono gli altri caſi ſimili, che per altro ſono compreſi ne' Sacri Canoni, nelle Coſtitutioni, e Bolle de' Sommi Pontefici, ne meno col preſente Editto s' intende derogato alle altre proviſioni Canoniche, e degli altri Editti de noſtri Predeceſſori.

Et affinche del preſente noſtro Editto non ſi poſſa pretendere igno-

ranza

Digitized by Google

ranza, ordiniamo, che i Parochi di queſta Città, e ſua Dioceſi lo publicano due volte all' anno, ciò è la prima Domenica di Quadrageſima, e la prima Domenica dell' Avvento, e così publicato ne affiggano la copia alle Porte delle medeſime Chieſe Parochiali, acciò il Popolo ſentendolo publicare trà le ſollennità della Meſſa, e leggendolo affiſſo, reſti pienamente informato di quanto ſi ordina in eſſo, e li Parochi Arcipreti, & Economi mancando fare la detta publicazione, vogliamo, che reſtino ſoſpeſi *à divinis ipſo facto, ipſoque jure*, per ogni volta otto giorni immediatamente ſequenti. Dato in Larino nella prima ſeſſione del Noſtro primo Sinodo 11. Aprile 1728.

Gio: Andrea Veſcovo Larino.

Adeſt ✠ Sigillum magnum.

Gio: Andrea Tria Canonico Penitentiere, e Secretario del Sinodo.

II.

Iſtruzzione Sinodale ***per facilitare il metodo di ben inſegnare la Dottrina Criſtiana,*** **preſa dall' appendice del Concilio Provinciale di Benevento del 1693. da publicarſi due volte all' anno, ciò è la prima Domenica di di Gennajo, e la Domenica in Albis.**

Ad part. 1. cap. 2. num. 3. 13., & num. 15.

NOn baſta dare il latte, quando il modo di porgerlo ſia così diſadatto, che non produca in chi lo riceve il deſiderato nutrimento. Tal difetto abbiamo riconoſciuto con molto noſtro rammarico nella iſtruzione, che ſi fà della Dottrina Criſtiana a' fanciulli, imperoche ſe bene i Parochi, non mancano ſoſtanzialmente di ſomminiſtrare il latte della Criſtiana pietà coll'amminiſtrarli nella medeſima dottrina, alcuni però lo fanno con modo così confuſo, ed inetto, che ſono cagione à figlioli, ò che nol prendano bene, ò almeno, che lo prendano indigeſtamente, e con difficoltà. Onde per ovviare à queſto diſſordine di non poco momento, abbiamo ſtimato neceſſario di preſcrivere in queſta iſtruzione il metodo più facile, e più chiaro, col quale dovraſſi per avvenire in tutte le Parocchie inſegnare la Dottrina Criſtiana.

I. Ne' giorni di feſta, ſtabiliti in queſto noſtro Sinodo il dopò pranzo, oltre al ſolito ſegno della Campana della Chieſa Parochiale, ſubito ſi manderà uno, ò più figlioli de' più diligenti, e divoti, ſecondo la grandezza della Parochia, quando non vi ſiano Chierici cantando le litanie della B. V., & interpellatamente col Campanello vadano per le ſtrade dicendo: *Padri, e Madri mandate i voſtri figliuoli alla dottrina Criſtiana, altrimente ne renderete ſtretto conto à Dio.*

II. Si elegeranno due perſone adulte delle più zelanti, e caritative,

col titolo de' Peſcatori, che avendo le bacchette in mano vadano con piacevolezza radunando i figliuoli, e le figliuole alla Dottrina, quali guadagnano cento giorni d' Indulgenza nella conſueta forma della Chieſa, ogni qual volta faranno queſta opera di pietà, eſortando à queſto eſercizio così Santo le perſone anche più nobili, e conſpicue de' luoghi, acciochè più facilmente ſi inducono gli altri ad intervenirvi. In mancanza de' laici ſuppliranno i Chierici, e Preti della Parocchia, e ſarà uffizio di queſti steſſi il fare, che i figlioli nel tempo dell' eſercizio ſtiano colla dovuta modeſtia, e ſenza ſtrepito in Chieſa.

III. Si divideranno in più Claſſi, ſecondo il numero, e capacità de' Parocchiani, che ſono obligati ad intervenire alla Dottrina, facendo, che per ogni Claſſe ſiano otto, ò dieci al più, diſtribuiti in modo di circolo, & ad ogni Claſſa preſederà col titolo di Maeſtro un Sacerdote, ò un Chierico, ò altra perſona delle più intendenti, e più prattica nella dottrina Chriſtiana, adoperandoſi de' figlioli medeſimi col deputare per Maeſtro quello della Claſſe quarta alla Claſſe terza, quello della terza alla ſeconda, e così dell'altre.

